MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0335**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

Joppi
335

Commissione Ducale
al Luogotenente Genle del Friuli
Domenico Trevisan . 1535

Nos Andreas Griti Dei gratia Dux Venetiarum etc.

Committimus tibi Nobili Viro Dominico Trivisano, dilecto civi, et fideli nostro quod de nostro mandato vadas in nostrum Locumtenentem Terre nostre Utini, et to=



uberna=
dicto
tuus
infra=
Porta=
obser=
odeon
uces
libras
neto,
tri
lvere
Con=
nec

Et facies teneri computum ordinate de omnibus introitibus, reditibus, proven=tibus, ac denarijs et alijs quibuscumque Patriarchatui Aquilegiensi spectantibus.

Nos Andreas Griti Dei gratia Dux Venetiarum etc.

Committimus tibi Nobili Viro Dominico Trivisano, dilecto civi, et fideli nostro quod de nostro mandato vadas in nostrum Locumtenentem Terrę nostrę Utini, et totius Patrię: quam Terram, Districtum et homines ipsius regiminis reges et gubernabis, et manutenebis ad honorem nostrum, et Communis Venetiarum. In dicto autem regimine stabis per menses XVI, et tantum plus, quantum Successor tuus illuc venire distulerit, ac reges et gubernabis modis, et conditionibus infra scriptis:

De cura Portarum.

Sicut captum est in Consilio nostro X die XXIII decembris 1474, tenebis claves Portarum Civitatis Utini, et per officiales tuos illas claudi et aperiri facies, prout observatur in aliis civitatibus, et locis nostris, prout etiam captum fuit in eodem Consilio, die ultimo Junij 1475.

De salario Rectoris et ejus Curia.

Habere debes de salario neto in anno, et ratione anni libras <u>2690</u>. et duces tecum Vicarium: qui habeat de salario neto in anno et ratione anni libras <u>178</u> parvorum: item unum Capitaneum Ductorem, qui habeat de salario neto, ut supra, libr. 150 sol. 13. Quę salaria omnia solvi debeant de denarijs nostri Dominij: Preterea unum Cancellarium, qui nullum habeat salarium, et solvere debeat de suo in anno et ratione anni in Camera predicta pro limitatione Consilij nostri X ducatos <u>50</u>. Et cavallerios tres, qui nec salarium habeant, nec quicquam solvere teneantur.

De tenendo computum Introituum Patriarchatus.

Et facies teneri computum ordinate de omnibus introitibus, reditibus, proventibus, ac denarijs et alijs quibuscumque Patriarchatui Aquilegiensi spectantibus.

De jure reddendo in Civilibus et Criminalibus.

Ut dicta Communitas cognoscat humanitatem et benignitatem nostram, sumus contenti, quod ea debeat se gerere et gubernare secundum Statuta, et ordines, et consuetudines suas, et facere eis eligere suos deputatos et officiales, sicut consueti sunt facere per elapsum, et quod fiat Jus in Civilibus, secundum mores suos, et quod debeas deputare Capitaneum in Utino, secundum quod faciebat Patriarcha, itaque Capitaneatus non vendatur, et idem Capitaneus debet facere Jus in Civilibus, secundum mores suos, sicut faciebat tempore Patriarchę, et quod appellationes ipsius Capitanei veniant, et ponantur ad te. Debes insuper audire omnes differentias existentes inter Castellanos et Castellanos, ac omnes alias differentias, et res, quę pertinebant ad Patriarcham, et illas terminare et diffinire, prout tibi secundum Deum et Justitiam videbitur, servatis ordinibus, et consuetudinibus Patrię prędictę, et hactenus observatum est. In Criminalibus autem volumus, quod arbitrium et libertas sit in te solo, et fiat debita justitia, et ęqualitas omnibus. Reservato tamen semper officio Advocatorum nostrorum Communis. Verum si quid faceres vel sententiares super aliquibus, quę forent de jurisditione ubi non esset Judicium de vita, et membris aut membro, et aliquis se gravare vellet, et appellare, volumus quod isti tales possint habere recursum ad nostrum Dominium, seu ad nostros Auditores Sententiarum, quibus hujusmodi res volumus esse commissas. Verum appellationes spectant tibi, prout spectabant Patriarchę.

De Datiis per Communitatem exigendis cum onere suo.

Volumus insuper quod dicta Communitas, Datia et Introitus ipsius Communitatis exigat, et exigi faciat, de quibus faciant expensas suas et de dictis Datiis, et Introitibus disponat, secundum consuetudines suas, ita tamen quod de dictis Introitibus fiant solutiones, et restitutiones, quas ordinavimus fieri.

De cura Patriæ assecurandæ et stratarum.

Debeas esse attentus ad assecurari faciendum Patriam, et teneri stratas bene securas; itaque mercationes per omnes stratas, et vias possint continue, cum bona securitate ferri: habendo semper ad hoc omnem solicitam diligentiam, et sollicitudinem opportunam, prout de prudentia, et virtute tua spem syncerAm gerimus, informando per tuas literas Dominium nostrum de tempore in tempus super inde, et de conditione Patriæ, et securitate stratarum simus per te informati ad plenum, ut quando, et si nostro Dominio apparebit providere possimus, pro ut nobis videbitur consonans.

De habitatione locumtenentis

Committimus etiam tibi, quod omnino stare, et habitare debeas cum tua familia in Castro Utini toto tempore tui Regiminis, et non in aliquo loco dictæ Terræ, et si non habitabis in dicto Castro, non debes habere nisi dimedium dicti salarij tui, sicut deliberatum est per nostrum Consilium Rogatorum.

Pœna carricantium Ferrum alibi quam in Portugruario.

Scias captum esse in Consilio nostro Rogatorum, quod aliquo modo, forma, vel ingenio per aliquem cujuscumque conditionis existat, non possit carricari in per barcha, vel aliquo navigio in aliquo flumine, aqua, vel portu, nec in aliquo alio Portu Patriæ Forijulij ferrum alicujus sortis, nisi in Portugruario, sub pœna, et stricturis contentis in parte nova contrabannorum. Et hæc commissa sunt inquirenda omnibus Rectoribus, Capitaneis et Officialibus tam intus dictam Patriam, quam extra, et tam intus Venetijs, quam extra, quibus facta foret aliqua conscientia de aliquo contrafaciente, habentibus partem dictæ pœnæ, ut in parte nova contrabannorum continetur. Et pro obviando contrabannis prædictis, debet esse in Portugruario unus scriba, qui sit ad omnem mandatum, et obedientiam Potestatis dicti loci, et habeat bonam diligentiam in scribendo, tenendo ordinate computum totius ferri, quod illuc per quoscumque conducetur, et macios et sortem ferri, et cujus erit, et deinde quando car=

rientitur, debeat accipere idoneas et sufficientes plegios a Patronis barcharum et navigiorum, in quibus hujusmodi ferrum carricabitur, quod illud conducent Venetias, et non alio. Et debeat dictus Scriba facere dictis Patronis contralitteras de quantitate et sorte, et maciis ferri, et cujus erit, et in eis contraliteris notare nomina Patronorum: de quibus contraliteris, et de quantitatibus, maciis et sortibus ferri illuc conductis ut supra. Et de nominibus, quorum faciat unum quaternum, quem singulo mense teneatur mittere officialibus nostris Tabulae, ut possint inquirere contra eos, qui contrafacerent: qui scriba etiam debeat facere dictas contraliteras unam pro barcha, et sub tot nominibus, quot erit carricatum: habendo pro qualibet contralitera solidos 4 parvorum. Item debeat facere unum registrum dictarum bullettarum, et dare ipsum Potestati nostro Portusgruarii, ducendum ab eo in fine sui Regiminis, ac presentandum dictis officialibus. Verum si quis inventus fuerit contrafacere presenti ordini, quisquis sit, subjaceat omnibus dictis penis, et Stricturis, et nihilominus ultra dictas penas, et Stricturas Patroni predicti contrafacientes amittant barchas, nec possit eis fieri gratia, donum, remissio, sub omnibus penis et Stricturis predictis, que omnia suprascripta, quantum ad te spectat, facies observari.

De Denariis ueto administrandi et eorum computo Venetias ferendo.

Item observabis partem captam in Consilio nostro X, die XI Augusti 1474, Qua statutum est quod denarij non possint distribui in aliis rebus, nisi in illis, ad quas deputati sunt per formas superinde captorum, nec possit fieri aliqua partita dispensationis denariorum predictorum nisi de licentia, et consensu tuo, et in partitis que fierent per deputatos tempore notari debeat et declarari distributio eorundem denariorum, et causa expensarum. Tu vero in fine Regiminis tui teneris afferre tecum copiam continentem introitum et exitum denariorum predictorum pro toto tempore ipsius tui Regiminis, que reducta sit

in saldo, stretto, et eam consignabis; seu consignari facies officialibus nostris Rationum veterum, per quos ipsę revideant, et qui non debeant, nec possint acceptare partitam aliquam, in qua non fuerit specificata causa expensę. Et habeant ipsi officiales illam ipsam auctoritatem, et potestatem procedendi super erroribus, et dolis, quos invenient cum illa ipsa utilitate, quam haberent de alijs rebus sui officij.

De affictu pro habitatione Camerę.

Sito pro Camerario nostro istic debeant dari ducati XV pro affictu unius domus in anno, et ratione anni, si nulla ex habitationibus Dominij nostri sit, ubi habitare possit.

De solutione stipendiorum, armigerorum a parte maris.

Statutum esse scias, quod illi Rectores et Camerarij Terrarum nostrarum, qui obligati sunt contribuere, et satisfacere solutionibus gentium armigerorum, Comestabilium, et stipendiorum nostrorum Civitatum, et locorum et locorum nostrorum maritimorum, teneantur mittere intege omnes pecunias bullettarum, quę de mense in mensem eis mittentur in uno, aut pluribus groppis sigillatis ad officium nostrorum Provisorum super Cameris, sub pęnis ducatorum mille, neque facies, aut fieri permittes alicui Cancellario, aut alij nomine Conductorum et Comestabilium nostrorum aliquam assignationem debitorum nostrorum ad computum bullettarum suarum, non dando pecunias ipsis Cancellarijs, aut alijs, sed mittendo illas Provisoribus super Cameris, ut supradictum est, sub pęna suprascripta.

Incipiunt generalia Rectoris

De Potestate Rectoris.

Libertatem tibi damus claudendi, et aperiendi omnes Januas Civitatis, et habere debeas totam custodiam ejusdem, ac omnem gubernationem omnium stipendiariorum nostrorum equestrium, quam pedestrium in Civitate

ipsa existentium, quibus omnibus in quibuscumque occurrentijs tam in Civilibus quam in Criminalibus reddere et administrare possis ac debeas super justitiam, sicut tibi videbitur fore justum; Comestabiles et Stipendiarios antedictos potes corrigere, condemnare, et punire; et stipendio privare secundum eorum culpam.

Quod causæ inter Cives et Stipendiarios summarie expediantur.

In casu vero quo aliqua causa, seu litigium in Civilibus oriretur, vel esset, et verteretur inter aliquos ex Stipendiarijs ex una parte, et aliquos ex civibus, seu habitatoribus ex alia, vel quibuscumque viandantibus tenearis et debeas summarie, et de plano facere debitum complementum rationis et justitiæ, et quam citius poteris bona fide, et sine fraude mandare executioni sententias quas feceris in ejusmodi causis, et quæstionibus Civilibus.

De quæstionibus propinquorum.

In causis autem propinquorum tuorum, sive sint actores, sive rei, pro quibus exires de Consilijs secundum ordines Venetiarum, quæ non excedant summam Lib. 50 parvorum, debes Judex esse, et eas terminare, secundum justitiam, sed a Lib. 50 supra, Judex in eis esse non possis, nec aliquis tuorum Judicum, et officialium, sed debeat intrare loco tui Camerarius.

Quod Rector non possit occurrere suo successori, nisi usque ad portas Civitatis.

Cum intrabis Regimen tuum non debes associare precessorem tuum in exitu, nisi usque ad januam, nec debes venire obviam, nisi usque ad portas civitatis, ubi expectare debeas cum aliqua comitiva, quæ tibi videbitur, et semper inveniatur Rector intra Terram, qui possit preesse, et providere casibus, qui possent occurrere.

De non dormiendo extra Civitatem.

Non potes dormire extra Civitatem et locum tibi commissum, de nocte, et quando

exieris de die, Camerarius remanere debeat loco tui vel tuus Socius, si non est camera.

Quod Judex Maleficiorum, qui vadit inspectum cadavera non habeat quicquam preter limitatum.

Adveretes, quod quando Judex tuus maleficiorum cum aliis deputatis vadunt ad videndum cadavera alicujus interfecti in districtu tibi commisso, vel mortui qualicumque alia morte casuali, quod per eos non accipiatur aliquod aliquo modo sub aliquo pretextu expensarum, muneris vel alterius rei, nisi id tantummodo, quod per Statuta Civitatis illius, et per leges nostras est taxatum ita ut nemo habeat justam causam conquerendi et contrafacientes punies acriter pro ceterorum exemplo.

Quid habere debeat Potestas, aut Vicarius pro Sententiis subscribendis.

Observabis quod tu, neque Vicarius tuus non audeatis, neque presumatis quocumque quesito colore de Sententiis diffinitivis duc. X et ab inde infra aliquod pro subscriptione recipere, ab inde vero supra habere debeas de subscriptione predicta par unum chirotecharum, vel sol. 32 tantum ab his: qui relevari sententias voluerit, neque cogi possit aliquis ad faciendum relevari, nec subscribere super libro notariorum, sub pena duc. 500 pro quolibet, et qualibet vice, qua fuerit contrafactum, cujus pene medietas sit Communis, et alia medietas sit denunciantis: quam exigere possint sive Advocatores, sive Syndici, quibus primo facta fuerit conscientia sine alio consilio, habendo partem, ut de aliis sui officii: nec potest presens ordo revocare, sub pena duc. (sic) Quod non se extendat ad illos Rectores exigentes, quibus non est concessum per Statuta posse quicquam exigere.

Quod Rector eligat alios Comestabiles et loco deficientium.

Quandocumque aliqua posta, eques vel pedes in Contato, vel in Castro defecerit, eam suppleas de bonis et sufficientibus hominibus, et similiter quando aliquis Comestabilis, eques vel pedes deficeret, alium debeas eligere loco ejus mittendo et Comestabiles, et soldatos, et equites ad nostram presentiam; sed non potes eligere aliquem, qui sit, vel fuerit

Communes exigant: qui Camerarij teneantur, et debeant ostendere dictis nostris Capitaneis rationes Camerę, et solicitare ad exactionem pecuniarum nostri Communis secundum mandata Capitaneorum nostrorum.

Stipendiarij non absint ultra dies tres.

Intentio nostra est, sicut captum est in Consilio Rogatorum, quod aliquis ex nostris Stipendiarijs non possit exire extra suam custodiam ultra tres dies, sub pęna perdendi totum soldum de illis diebus, quibus staret extra, ultra tres dies, et similiter inhibemus tibi, quod non possis alicui ex his licentiam concedere ultra tres dies sine licentia Dominij nostri, faciendo sub debito sacramenti accipi pęnas predictas a soldatis contrafacientibus.

De sigillandis et subscribendis bulletis.

Scire debes, quod ultra sigillum, quod de more teneris imprimere, debes quoque subscribere singulis bulletis cujuslibet personę, cujus solutio facienda sit ad Cameram tibi commissam, Camerarij autem nostri non possint, nec debeant facere solutionem alicujus bulletę cujusvis fuerit, quę ultra sigillum non haberet subscriptionem tuam et sub pęna privationis officij, et duc. 500 exigendorum per nostros Advocatores Communis sine alio Consilio: et restituendi de suo proprio totum id, quod contra presentem ordinem dispensasset, de qua pęna non possit fieri gratia.

De pagis dandis Stipendiarijs tempore suo, et ordinate et quod subventiones non dentur.

Non potes dare subventionem alicui Stipendiato, quicumque sit, sine expressa licentia Consilij Rogatorum, nec facies solutiones ordinarias provisionatis nostris, nisi ad rationem pagarum octo in anno sub pęna duc. 500, et solvenda de tuo si contrafeceris. Pręterea observabis partem in Consilio Rogatorum, die 24 septembris 1520, quę registrata est in ista Camera tibi commissa circa mandata Stipendiariorum, atque ductorum primo solvenda, quę tibi primo fuerint presentata, ut in ea

Non assignentur debitores in solutum

Scias insuper esse captum in Consilio nostro Rogatorum, quod non possint dari debitores in solutum neque aliquo alio modo fieri solutiones alicui per Camerarios nostros, nisi in pecunijs, juxta formam alterius partis super hoc di-sponentis sub omnibus penis contentis in partibus furantium, et nova contrabannorum tam Rectoribus, et Camerarijs, qui ipsos debitores dedissent, quam illis, qui illos accepissent, quod quam Camerarij predicti, quando solvere debent aliquam bulletam, non possint solvere in pecunijs numeratis retentiones faciendas in Camera, nec ullo modo percipere aliquam utili-tatem pro hujusmodi retentionibus, sub omnibus suprascriptis penis.

De Rectoribus Territorij accipientibus salarium suum de 4 in 4 menses et rationibus per ipsos reddendis.

In Castris et locis suppositis Civitati tibi commisse, mittimus, prout scis, Rectores, qui regere debeant, ac reddere jus et justitiam inter gentes spectantes ad dicta loca, proinde eis salaria solvi facias de Introitibus Communis ejus-dem Civitatis tibi commisse de quatuor in quatuor menses, per ratam, sicut tu recipis tuum: et ipsi Rectores singulis quatuor mensibus debent fa-cere assignationem tibi et Camere isti nostre de pecunia, quam quisquam exegerit et habuerit de reditibus, et alijs quibuscunque introitibus loco-rum eis commissorum; et nihilominus in eorum reditu teneantur facere ra-tiones officialibus rationes officialibus rationum hic Venetijs.

Sex propinqui, et non plures possint comitari Rectores ad sua Regimina et non fiant convivia nec festa aliquibus.

Sicut deliberatum est in Cons. X cum additione, die V. Augusti 1533, non potes ducere tecum in introitu tui Regiminis plures nobilibus sex, qui sint tibi propinquiores, nec etiam alias mulieres quam filias, nuras, sorores et cognatas. Preterea nec tam in introitu ipso Regiminis, quam per totum tempus ipsius Regiminis dare Collationem generis alicujus tam in Civitate quam extra,

neque convivari aliqui tam hujus Civitatis, quam ex loco tibi commisso, nec alicui Capitaneo, ductori, militi, aut advenæ cujuslibet conditionis. Item nec facere fieri tam in introitu quam per tempus, quo steteris in Regimine hastiludia, sive giostras, comedias neque aliquod aliud genus festi expensis tuis propriis; potes tamen recipere in Palatio propinquos, quibuscunque fores expulsus a capello, non faciendo tamen eorum causa festum, nec genus aliquod convivij sub pena duc. 200 auri pro quacumque vice huic ordini contrafeceris, dividendorum pro tertio, videlicet unum tertium detur accusatori, per quem veritas habebitur, et tenebitur secretus, alterum tertium ~~advocatoribus~~ Communis, et aliud tertium arsenatui nostro, ultra quam penam pecuniariam apud contumaciam ordinariam, quam haberes pro Regimine tuo, addatur alius annus plus de contumacia, nec possis per unum annum alium proxime sequentem habere in hac Civitate nostra officium, magistratum, nec esse in aliquo Consilio nostro. Item quod Palatij si contrafeceris continentiæ partium Provisorum super Pompis pro quanto spectat ad ipsa ornamenta sis atque immediate intelligaris esse incursus in censuras, et penas contentas in ipsis partibus: De quibus quidem penis omnibus suprascriptis haud possit tibi fieri gratia, donum, remissio, nec compensatio aliqua, nisi pars posita fuerit per omnes sex Consiliarios, et tria Capita dicti Consilij X, et capta cum quinque sextis ballotarum ejusdem Consilij. Executio autem presentis ordinis dictis Capitibus Consilij nostri X commissa est, et Provisoribus super pompis quoad ipsas pompas attinet.

Quomodo liceat armigeros convocare in introitu Regiminis.

Non potes etiam pro pompa ingressus tui Regiminis convocare, aut convocari facere armigeros, qui ultra tria milliaria in Civitate tibi commissa hospitaventur, si forte aliqui ibi existerent; itaque eadem die post ingressum Regiminis ad allogiamentum suum redire possit sine etiam allamenima gravedine

subditorum nostrorum, sub poena duc. 200.

De frumento non incanipando.

Et sito quod nemo tam nobilis quam popularis, vel quicumque alius per se, vel alium aliquo modo emere, vel emi facere potest frumentum pro incanipando, et faciendo mercantias, sub poena perdendi frumentum sic emptum, et tantum; et si fuerit Nobilis privetur per decennium omnibus officijs, et beneficijs: si vero popularis, vel habitator Venetiarum sit bannitus de Venetijs, et de districtu, et si forinsecus, nobisque subditus ultra amissionem frumenti, stare debeat per annos duos in carceribus: potest tamen quilibet pro usu familiæ suæ emere Staria quinque frumenti pro qualibet bucca semel tantum in anno: idque commissum est tibi, ut executioni demandetur, nec potest fieri gratia, vel remissio contrafacientibus.

De bladis Venetias conducendis.

Teneris, et debes omnes personas volentes per istum districtum conducere blada, et alia victualia Venetias extracta tam de nostris districtibus, quam de alienis, permittere venire Venetias cum bladis et alijs victualibus antedictis libere, et sine impedimento solutis datijs solitis, et Rectores contrafacientes cadant ad poenam valoris quarti totius bladi, et victualium in quibus contrafacerent, in eorum proprijs bonis, et Advocatores exigant poenam habentes partem ut de alijs sui officij.

De introitibus extra Territorium conducendis ad loca habitantium.

Etiam permittes omnes subditos nostros Districtus tibi commissi, habentes redditus in tuo Regimine conduci facere ipsos redditus, et eorum fruges ad loca, ubi habitant, et e contra nostri Rectores permittant subditos tui Regiminis habentes redditus in locis suis, eos conducere, vel conduci facere ad Civitatem tibi commissam.

De bladis non conducendis de Territorio in Territorium.

Non permittas aliquem sive sit commune, sive sit specialis persona extrahere blada de territorio in territorium, nisi habuerit licentia a Dominio nostro, et Collegio bladorum intervenientibus capitibus Consilii X. juxta formam legum, et ordinationum nostrarum.

De scribendis recollectis in Districtu.

Quolibet anno tempore messis mittes ex tuis officialibus per omnes villas tui districtus ad requirendum, et accipiendum in scriptis quantitates frumenti, et recollectas illius anni, et deputata quantitate villanis sufficienti pro seminatione anni futuri, et eorum victu, usque ad Sanctum Martinum proxime futurum, notificabis nobis quantitates prefatas collectas, et restantes, nec permittas eas vendi in tuo districtu absque tua licentia, ita quod continue reddere possis rationem qualiter fuerit dispensata, et in qua quantitate nobis dare possis, si de ipso blado vellemus.

Quod nemo habeat sal non datiatum.

Item aliqua persona, Commune, Collegium, aut Universitas non possit aliquo modo conducere, neque facere conduci, emere, donare, sive aliter alienare, neque habere pro usu suo aliquam summam salis, quod vendatur a datiario, aut ministris ejus, sub pena librarum 25 pro quartarolo, et amittendi sal, boves, bestias, currus, naves, et saccos, cum quibus conductum fuisset sal non datiatum: et si esset a dimidio quartaroli infra, cadas ad dimidium pene suprascripte; cujus quartum sit Rectorum, qui executionem facient, unum quartum officii salis, quartum Datiarii, et unum quartum accusatoris, qui non fuerit, dividatur per tertium.

Quomodo laborandi sunt Panni lanei.

Scire debes, quod subditi nostri, qui volent laborare pannos ad planam, et soliti sunt facere portatas suis pannis, tenentur eas facere de filo in capite panni per palmum, et similiter omnia eorum signa de filo, facientes

garzari pilum, quod vadat versus caudam, et non versus caput, sicut faciunt nostri Veneti, nec possint facere cimellam de bombice ad caput neque ponere filum in cimossa, prout fiunt panni Veneti: Praeterea in aliquo loco nostro fieri non possit pannus aliquis majoris longitudinis brachiorum XXXVII, et hujusmodi panni extrahi nequeunt de locis, ubi erunt facti, nisi prius signati fuerint bulla, et signis locorum ipsorum: qui vero in aliquo praedictorum contrafaciet huic ordini ultra omnes alias poenas statutas per leges nostras, sint ipso facto privati misterio lanae, et draparie, solvant ducatos 500, et panni scindantur per longum in plateis illarum terrarum, et locorum, ubi fuerint deprehensi, et amissi sint. Quamobrem mandamus tibi pro executione debita hujus ordinis, ut facias omnem inquisitionem contrafacientium, et poene pecuniarie, nec non pannorum contrafactorum unum tertium accusatoris, et aliud tertium Dominij nostri, et si accusator non fuerit, fiat divisio pro dimidio, nec possit fieri gratia alicui, sub poena duc. mille cuilibet contrafacienti: exceptis tamen ab hoc ordine solum quod attinet ad faciendum portatas unam planam in capite pannis Veronensibus; qui habere possint dictas portatas, ubi eas semper habuerunt, summodo facte sint de filo.

De conducentibus pannos auri, vel argenti extractos ex alio loco quam de Venetijs

Quod si pannus aliquis auri, vel argenti, qui factus non fuisset in hac civitate nostra Venetiarum per aliquem conduceretur ad civitatem, vel locum tibi commissum, vel aliquod laborerium, sive habitus factus de illis, aut si aliquis noster nobilis, civis, aut habitans in hac urbe, et in alijs terris, et locis nostris presumpserit sub aliquo pretextu vestire, sive in alio uti aliqua re auri, argenti, vel sete, que facta non esset in hac civitate, ut dictum est, quilibet contrafaciens, vel consentiens ab aliquo sibi subjecto contrafieri, perdere debeat laboreria auri, argenti, vel sete, et omnem alium habitum

inventum contra hunc ordinem: quæ quidem omnia absque diminutione aliqua comburantur, precone publicante contrafactorem, et pœnam, sed facta prius estimatione ipsorum laboreriorum; quorum tantundem valoris, cum 20, pro centenario de pluri cogi debeat dictus contrafactor solvere immediate in pecunia numerata pro pœna, sine remissione, aut contradictione aliqua; dimidium cujus pœne pecuniariæ sit inventoris, vel accusatoris, per quem inventum fuerit hujusmodi contrabannum, qui accusator teneatur secretus: et quando provisores super serico civitatis nostræ Venetiarum venient, sive mittent suos nuncios; illis dare debeant omnem favorem, et procedere contra malefactores, resque inventas prout supradictum est, sub pœna ducatorum mille in tuis proprijs bonis; et demum neque in tempore nundinarum, neque alijs temporibus ad terram, et territorium tibi commissum conduci possint hujusmodi panni auri, argenti et serici, nec laboreria de illis facta; sub omnibus pœnis suprascriptis, sicut etiam captum est in Rogatis, die 16 aprilis 1490.

Pœna conducentium merces ex alio loco, quam de Venetijs.

Scias captam fuisse partem in consilio nostro Rogatorum, die 30 Julij 1503, quam inviolabiliter observabis, et observari facies; cujus tenor talis est videlicet. Si erit aliquis, qui conducet, aut conduci faciet tam per transitum quam aliter ex Janua, et alijs locis non subjectis Dominio nostro, et ex alio loco, quam ex civitate nostra Venetiarum, pannos de seta, et laboratos de auro, et argento, lanas, gottonos, species, zucharum, amigdalas, saponum, alumen, ceram, stagnum, rame, coria, boldronos, et alias res, et mercimonias, prohibitas per leges et ordines nostros ad partes Bergomi, Brixiæ, et ad alias terras et loca nostra a parte terræ, ultra pœnam perdendi res, et mercimonias, et solvendi datium duplum, solvere debeant tantundem pro pœna: et possint ipsæ res auferri ex domibus,

apothecis, et ex omnibus aliis locis in quibus reperirentur: quarum omnium poenarum, detractis datiis Dominii nostri, unum quartum sit accusatoris, unum quartum Rectorum qui procedent, unum quartum Dominii nostri, et unum quartum officii provisorum nostrorum officii super datiis: qui sub debito sacramenti obligati sint procurare executionem, ac observantiam presentis legis: et obligati sint predicti Rectores, postquam exegerint pecunias nostro dominio spectantes, una cum illis provisorum ad officium dictorum provisorum, per eos postea consignandas illas videlicet quae ad dominium spectant officio Camerariorum nostrorum Communis. Conductores vero qui reperientur conducere dictas res et mercimonias prohibitas, ultra poenam perdendi curros, burchios, equos, mulos, et alia animalia, cum quibus illas conduxissent, banniantur de omnibus terris et locis nostris a parte terre, et rumpentes confinia, si caperentur, solvant duc. 50 auri, et redeant ad bannum toties quoties contrafecerit. Et ultra hoc, si aliquis esset, qui acceptaret in domo, aut in custodiam dictas res et mercimonias, ut supra prohibitas, et non accusaret contrafacientes, incidat ad poenam solvendi valorem rei, et tantumdem pro poena, et bannitus ut supra sit, et rumpendo confinia, quoties capietur, solvat duc. 200 auri: qui sint captoris, et redeat ad bannum, et accusans contrafacientem, prius quam ipse accusaretur, sit absolutus ab omni poena, et habeat medietatem rei, et mercantie per ipsum denunciate, et alia medietas dividatur ut supra: et si esset aliquis datiarius, scriba, cancellarius, sive alius quicumque sit, qui bulletam faceret talium rerum prohibitarum; quod intelligatur tam per transitum quam aliter, incidat in poenam standi menses sex in carcere, et solvendi duc. 50 auri pro quacumque bulleta per eos facta, et propter hoc incidat in bannum predictum, et quoties rumperet confinia, et caperetur, solvat duc. 50 auri pro vice, et redeat ad bannum. Rectores vero, quibus fierent denuncie aut presentarentur dicte res, obligati sint

inventum contra hunc ordinem: quæ quidem omnia absque diminutione aliqua comburantur, precone publicante contrafactorem, et pœnam, sed facta prius estimatione ipsorum laboreriorum; quorum tantumdem valoris, cum 20, pro centenario de pluri cogi debeat dictus contrafactor solvere immediate in pecunia numerata pro pœna, sine remissione, aut contradictione aliqua; dimidium cujus pœne pecuniarie sit inventoris, vel accusatoris, per quem inventum fuerit hujusmodi contrabannum, qui accusator teneatur secretus: et quando provisores super Serico civitatis nostre Venetiarum venient; sive mittent suos nuncios; illis dare debeant omnem favorem, et procedere contra malefactores, ut supra inventas prout supradictum est, sub pœna ducatorum mille in suis propriis bonis; et denum neque in tempore nundinarum, neque aliis temporibus ad terram, et territorium tibi commissum conduci possint hujusmodi panni auri, argenti et serici, nec laboreria de illis facta; sub omnibus pœnis suprascriptis, sicut etiam captum est in Rogatis, die 16 aprilis 1490.

Pœna conducentium merces ex alio loco, quam de Venetiis.

Scias captam fuisse partem in consilio nostro Rogatorum, die 30 Julij 1503, quam inviolabiliter observabis, et observari facies; cujus tenor talis est videlicet. Si erit aliquis, qui conducet, aut conduci faciet tam per transitum quam aliter ex Janua, et aliis locis non subjectis Dominio nostro, et ex alio loco, quam ex civitate nostra Venetiarum, pannos de seta, et laboratos de auro, et argento, lanas, gottonos, species, zucharum, amigdalas, saponem, alumen, ceram, stagnum, rame, coria, boldronos, et alias res, et mercimonias, prohibitas per leges et ordines nostros ad partes Bergomi, Brixie, et ad alias terras et loca nostra a parte terre, ultra pœnam perdendi res, et mercimonias, et solvendi datium duplum, solvere debeant tantumdem pro pœna: et possint ipse res auferri ex domibus,

apothecis, et ex omnibus alijs locis in quibus reperirentur: quarum omnium poenarum, detractis datijs Dominij nostri, unum quartum sit accusatoris, unum quartum Rectorum qui procedent, unum quartum Dominij nostri, et unum quartum officij provisorum nostrorum officijs super datijs: qui sub debito sacramenti obligati sint procurare executionem, ac observantiam presentis legis: et obligati sint predicti Rectores, postquam exegerint pecunias nostro dominio spectantes, una cum illis provisorum ad officium dictorum provisorum, per eos postea consignandas illas videlicet quae ad dominium spectant officio Camerariorum nostrorum Communis. Conductores vero qui reperiuntur conducere dictas res et mercimonias prohibitas, ultra poenam perdendi currus, burchios, equos, mulos, et alia animalia, cum quibus illas conduxissent, banniantur de omnibus terris et locis nostris a parte terrae, et rumpentes confinia, si caperentur, solvant duc. 50 auri; et redeant ad bannum toties quoties contrafecerit. Et ultra hoc, si aliquis esset, qui acceptaret in domo, aut in custodiam dictas res et mercimonias, ut supra prohibitas, et non accusaret contrafacientes, incidat ad poenam solvendi valorem rei, et tantumdem pro poena, et bannitus ut supra sit, et rumpendo confinia, quoties capietur, solvat duc. 200 auri: qui sint captoris, et redeat ad bannum, et accusans contrafacientem, priusquam ipse accusaretur, sit absolutus ab omni poena, et habeat medietatem rei, et mercantiae per ipsum denunciatae, et alia medietas dividatur ut supra: et si esset aliquis datiarius, scriba, cancellarius, sive alius quicumque sit, qui bulletam faceret talium rerum prohibitarum; quod intelligatur tam per transitum quam aliter, incidat in poenam standi menses sex in carcere, et solvendi duc. 50 auri pro quacumque bulleta, per eos facta, et propter hoc incidat in bannum predictum, et quoties rumperet confinia, et caperetur, solvat duc. 50 auri pro vice; et redeat ad bannum. Rectores vero, quibus fierent denunciae aut presentarentur dictae res, obligati sint

quam primum expedivisse illas, et condemnare contrafacientes; non possendo illis facere gratiam aliquam, sub duc. 500 auri pro qualibet, et qualibet vice per eos contrafieret, exigenda per Provisores nostros predictos: cujus medietas sit Dominij nostri, et alia medietas officij dictorum Provisorum: qui obligati sint sub debito sacramenti mittere illos Rectores qui solvere recusarent pro debitoribus ad pedes Dominij nostri: ubi non possint depenarrj nisi cum integritate satisfecerint. salvis etiam et confirmatis omnibus alijs legibus super hac materia disponentibus.

De Equis non extrahendis extra Districtum.

Extrahi non sinas, neque permittes de Terra et Districtu tibi commisso ab aliquo, quicumque sit, equos, coputa lanae, et platas, et si contrafeceris, incides in poenam immediatae privationis tui Regiminis, et per annos quinque omnium aliorum Regiminum. illi autem, qui extraherent equos supra scriptos oculte debeant perdere equos pro contrabanno, et sint banniti per annos quinque de terris, de quibus essent.

Quod nullus Nobilis causam agat coram Rectore.

Non permittes aliquem Nobilem nostrum coram te advocare, nec agere causas, nisi pertinentes ad se, vel ad suos attinentes, pro quibus a capello expellerentur, sive ad aliquam commissariam, cujus Commissarius esset, sub poena duc. 500, pro qualibet vice contrafactum fuerit: et Nobilis contrafaciens incidat in poenam ducatorum quingentorum: et sententia, quae exinde sequeretur, sit nullius valoris.

Poena ementibus rem litigiosam, et pacissentibus de quota litis.

Observabis etiam partem captam in nostro Majori Consilio, die 20 Aprilis 1533: quod salvis legibus, et ordinibus super hoc disponentibus, et huic non repugnantibus, statutum et captum sit, quod si aliquis Nobilis, civis, et habitans noster civitatis Venetiarum, et omnium terrarum, et locorum nostrorum, et quicumque alius sit, qui esse velit, emeret rem litigiosam tam mobilem quam stabilem,

suscipiens litem in se, procedens de expeditione; aut pactum faciat de il-
la defendenda, habendo in fine litis partem acquisiti, sive pecunias,
et pariter faciet omne aliud pactum qualitercunque, et quomodocum-
que imaginari possit causa rerum litigiosarum, sive litium, tam
ante inceptam causam quam post inceptam, et non finitam, tam sta-
bilium quam mobilium, et pecuniarum, aut cujuscunque alterius rei;
que dici, aut imaginari possit sub aliquo colore, sive ingenio, cadat ad
poenam banni hujus civitatis, et loci, ubi commisisset tale delictum
per annos quinque, et si esset nobilis noster, non possit etiam per dictum
tempus habere beneficium, officium, consilium aut Regimen aliquod, et
debeat solvere duc. 300, quorum tertium sit accusatoris, tertium advoca-
torum Communis, aut Rectoris illius loci, ubi factum esset delictum, et aliud
tertium sit nostri Arsenatus, et si erit aliquis, aut Advocatus, non possit pa-
riter per annos quinque neque in ista civitate, neque in alio loco Do-
minij nostri habere officium, aut beneficium aliquod, neque causas agere, sol-
vendo similiter duc. 300 ut supra, et quelibet venditio, actus, scriptum, et
pactum tam in scriptis, quam oretenus, sint cassa, nulla, nulliusque valo-
ris, perinde ac si acta non fuissent: omnia in pristinum statum redu-
cendo; neque sit obligatus venditor quicquam restituere illi, qui litem e-
misset, et pariter omnes hujusmodi actus, scripta, et pacta ante praesentem
partem facta intelligantur, et habeant esse incisa et nulla.

De officio bullettarum.

Etiam tibi sciendum est, quod officium bullettarum hujus civitatis
fiat, et servetur secundum usum, et quod exigatur, ac solvatur per
omnes viandantes, sicut solitum est fieri; salvo pro Venetis nostris a qui-
bus nolumus, quod quicquam accipiatur, et praeterquam a Dominis ac
Principalibus mundi qui istac transitum facerent amicis et benevolis nostris
Dominij, seu nuncijs eorum: a quibus sit in discretione tua faciendi solvi vel non pro ho-
nore nostro.

De arcu et sagyttis non ferendo in itinere.

Publicari quoque facies, et sic observari, quod si quis districtualium deprehensus aut visus fuerit cum arcu, aut sagyttis ferratis in itinere super aliquo festo, aut alibi, cadat qualibet vice, qua contrafecerit, ad poenam quatuor quassorum de corda dandorum immediate, et de libris centum, et standi unum annum in carcere; ejusque poenae pecuniariae dimidium habebit accusator, qui tenebitur de credentia.

Quod animalia bovina et rustica laboreria non accipiantur pro pignore debiti publici vel privati.

Causa alicujus debiti publici vel privati accipi non facies pro pignore animalia bovina a laborerio, aliquo modo, vel ingenio, neque currus, falces, vomeres, et alia omnia instrumenta pertinentia ad agricolturam; quae neque tangi, neque vendi possint, executionem debiti fieri facies contra personas debitorum, et alia quaelibet bona eorum tam mobilia, quam immobilia, sine aliqua dilatione. Verum si intelligeres per examinationem factam, quod aliqui habeant plura animalia bovina, aut instrumenta, quam sint eis necessaria, possis illa plura facere accipi pro debitis persolvendis, quemadmodum captum est per duas partes in nostro Consilio Rogatorum, dierum unam secundi Decembris 1458 et alteram 21, Octobris 1461.

Nullus scriba, exactor etc. exigat balletas stipendiariorum.

Item facies observari partem captam in Rogatis, die 29 augusti 1476, quod nullus scriba, aut exactor ad aliquam Camerarum nostrarum a parte terrae, aut qui sit propinquus alicujus ex praedictis, aut qui maneat in domo secum, emere possit balletas, aut credita alicujus conductoris, squadrerij, conestabilis, capitis provisionatorum, sive cujuslibet alterius creditoris ad dictas Cameras de quacunque ratione, sub poena privationis officiorum suorum, si haberent, aut salarij, aut provisionis; et si erit propinquus, aut manserit in domo alicujus ex praedictis, cadat de ducatis 200 auri exigendis per nostros Advocatores.

Comunis, absque alio Consilio: quorum medietas sit ipsorum Advocatorum, et alia medietas sit accusatoris; et ultra hoc predicti omnes contrafacientes stent menses sex in carcere.

De bullettino ferendo notario ad voces deputato de satisfactione debiti arsenatus.

Aliquam pecuniam spectantem Arsenatui, expendere, dispensare, accipere, aut quovis alio modo aliter dare aliqui non possis: sed eam, prout de tempore in tempus exegeris immediate mittere debeas Camerarijs nostris Comunis ad capsam Arsenatus prefati, sub poena furanticum, ac solvendi de tuo, et poneris debitor ad Palatium per quemlibet provisorum, et patronorum nostri Arsenatus, nec poteris deleri, nisi prius integre solveris omnem pecuniam, que in tuo tempore fuerint deputata dicto arsenatui; quo vero ad aliud quod ista camera restaret dare, sub poena predicta debeas mittere singulis mensibus Camerarijs predictis ad dictam capsam, ultra ordinarium decimam partem ordinarij prefati, ad computum debitorum veterum, usque ad integram satisfactionem eorum, et effectus, quod in dicta Camera teneatur computum seorsum omnium pecuniarum spectantium Arsenatui, et illud solidetur de mense in mensem mittendo pecuniam Camerarijs Comunis ad capsam prefati Arsenatus, sub poena predicta: nec probari permitteris ad aliquod nisi habueris bullettinum subscriptum ab omnibus provisoribus, et patronis dicti Arsenatus, solvisse quantum in hoc ordine continetur, qui captus fuit in nostro majori Consilio, die primo Maij 1530. Pecunie vero obligate, sunt he, videlicet ducatus unus pro milliario omnium datiorum, qui locantur a ducatis 1000 infra, item pecunie Vicariorum ac condemnationes, ac duc. 10 in mense pro Camera, et ulterius omnes alias pecunias dicto Arsenatui deputatas.

De mensualibus et libris ordinarijs mittendis Provisoribus super Cameris.

Observabis etiam partem captam, die 10 decembris 1474, quod per Rectores nostros a parte terre mittantur de mense in mensem mensualia; et de anno

in annum in termino duorum mensium. Libri principales ad Provisores super rationibus Camerarum: et si Scribae deputati non transcripserint dictum librum, tunc dicti Rectores debeant accipere unum Scribam, qui nihil aliud faciat quam transcribere dictum librum, vel dictos libros, et ei dare illam mercedem, quae ipsis videbitur, solvendam de salario Scribae, vel Scribarum, qui ad transcribendum libros ipsos tenebuntur.

De processibus criminalibus expediendis ante discessum.

Item observabis partem captam in Rogatis die 11 Februarij 1447. in qua debet quod Rectores omnes a parte Terrae teneantur expedivisse processus omnes quos fecerint in suis Regiminibus ante recessum suum, sub poena librarum X parvorum, pro quolibet processu: et de omnibus processibus criminalibus, pro quibus delinquentes in vita, sive membro condemnati fuissent, quos ipsi Rectores factos dimitterent et non expeditos, cadant de libris 100 parvorum, pro quolibet processu: et praedicta committantur inquirenda Syndicis nostris, et praeterea in communi Advocatoribus suis: qui habeant medietatem poenarum; et alia medietas sit nostri Communis: verum declaretur quod omnes illi processus, qui facti essent per praedictos Rectores nostros mensibus duobus cum dimidio ante complementum ipsorum Rectorum, non subjaceant poenis supradictis, sed bene teneantur ipsi Rectores illos expedivisse toto posse ante exitum Regiminis sui; teneantur etiam ipsi Rectores esse praesentes quando accipientur testificationes tam sicariorum, et homicidarum, quam furum, et aliorum excessuum, pro quibus vitam, aut mem-
a. brum perdere deberent, et si occurreret quod tempus, quod testes extra terram examinarentur pro aliquo homicidio commisso in comitatu, post acceptas testificationes, committi debeat testibus praefatis, quod infra tertium diem in loco coram Rectore, ubi eo praesente legantur testificationes praedictae: et Rector exinde dare debeat praedictis una alia vice sacramentum quod ita fuerit, et sit ita veritas, sicut primitus testificaverunt.

De bannitis bannitos interficientibus et ordo in hoc.

Scias quoque captam fuisse partem in Majori Consilio, die 26 Junij 1524, quod omnes

illi qui banniti sunt et bannientur posthac pro suis primis con-
demnationibus diffinitive, et in perpetuum pro furtis, homicidijs exco-
gitatis, et pro causis atrocioribus tam de hac urbe Venetiarum, quam
de omnibus Terris, et locis nostris a parte terrae possint intra confines desi-
gnatos ipsis impune offendi, et interfici. et si aliquis bannitus pro homici-
dio puro aliquem praedictorum interficiet, aut presentabit in vires Ju-
stitiae absolutus sit a banno suo et consequatur taleam, quam ille habe-
ret exceptis ab hoc beneficio patre, qui filium, et filio, qui patrem, et fratre,
qui fratrem interficeret, et socero qui generum: item exceptis patruis
in primo gradu, nepotibus ex parte tam fratrum, quam sororum, et
consobrinis germanis, ac fratribus, marito, et uxore, ut conveniens est.
Hoc tamen declarato, quod aliquis dictorum bannitorum pro homicidio
puro non possit consequi beneficium dictae absolutionis, et taleae, nisi
cum fuerit cognitum, quod interfectus ab eo non fuerit in prima sua
condemnatione bannitus diffinitive, et in perpetuum pro furto, et pro
homicidio excogitato, aut pro aliquo atrociore delicto, ut supra, cum
poena mortis. ×

Cum vero aliquis dictorum bannitorum pro homicidio puro, ut supra, aliquem
dictorum presentaverit in vires Justitiae, consequi non possit beneficium
absolutionis, nisi postquam ille presentatus meritum fuerit supplicium,
et si unusquis qui non esset bannitus interficiet aut presentabit virum ali-
quem supradictorum bannitorum in primis condemnationibus suis
diffinitive et in perpetuum pro furto, aut homicidio excogitato, aut
aliquo alio casu atrociore cum poena mortis, habeat libras 600, de bonis
mortui, vel presentati, si fuerint, sin minus de pecunijs Dominij nostri,
cum presentatus meritum fuerit supplicium, sicut supradictum est, et hae
lib. 600, sint ultra taleam, quam ille mortuus, sive presentatus haberet
pro condemnatione sua. Banniti vero ad inquirendum pro homicidio

excogitato, furtis, aut atrocioribus casibus, postquam transactus erit terminus annorum quinque, intra quem se presentare possint, occidi aut capi possint à bannitis pro homicidio puro, sicut alij supradicti: Et qui commisserit plus quam unum homicidium purum, sit ad conditionem illorum, qui homicidium cogitatum commisissent preterea cum aliquis bannitus pro homicidio puro semel fuerit absolutus et exemptus a banno pro causis suprascriptis, si rursus commisisset alterum homicidium, intelligatur esse ad conditionem illorum, qui homicidium aliquod excogitate commisisset, et sic observabis.

Quod aliquis a banno non eximatur nisi steterit bannitus per annos quinque.

Scias tamen captum fuisse in Consilio nostro X, die 29 Januarij 1533, quod de cetero vigore facultatis, quam aliquis habeat, sive haberet extrahendi e banno, non possit habere beneficium absolutionis aliquis bannitus pro homicidio puro, nisi transacti erunt anni quinque postquam condemnatus fuerit, etiam si haberet cartam pacis.

Quod non liceat appellare a sententijs latis in Arengo.

Observabis etiam partem captam in Consilio nostro X, die 19 Julij 1531, videlicet, captum et deliberatum sit, quod postquam lata, et in publico arengo promulgata fuerit sententia aliqua a Rectoribus nostris, qui haberent curiam, postquam publicationem sententia illa, sive condemnatio, simul cum omnibus, et quibuscumque actibus eam precedentibus tam figurae, quam citationis etc., sint et esse intelligantur inappellabiles, et omnis intromissio, quae fieret in contrarium hujus, sit nulla, et per quemlibet ex capitibus hujus Consilij possit et debeat cassari, et depennari, tamquam nulla, remanente tamen semper aperta via omnibus petendi gratiam, cum debitis solemnitatibus. In unico tamen casu sententiae factae, aut quae fierent in publico arengo possint esse appellabiles, quoad partem pecuniariam tantum, ubi in illis esset condemnatio pecuniaria, in qua ipsi Rectores, aut eorum Curia, Cancellarij, Comestabiles aut Comilitones

participarent, et non aliter. Et hoc, ut removeatur penitus quaedam excogitata corruptela intromittendi omnes condemnationes ad dividendum etc. quod penitus absurdum est.

De bannitis impune interficiendis

Observabis partem captam in Consilio X cum additione, die 30 Augusti 1531, hujus tenoris, quod salva quacumque alia parte in hac materia disponente, et huic non repugnante, additum, captum, et declaratum sit, atque ita publicetur in hac civitate, et omnibus terris, et locis nostris terra et mari, quod omnes indistincte banniti, et qui in futurum bannientur tam per consilia, et magistratus nostros, quam per Rectores, debeant immediate se conferre ad banna sua ac in illis perseverantes obedire eorum condemnationibus, quod si non fecerint, et invenientur in locis prohibitis per formam sententiarum suarum possint impune offendi, et interfici eodem premio proposito interfectoribus, quod hi habituri fuissent, qui illos vivos presentassent.

De bannitis non acceptandis, nec associandis.

Postea vero die 26 Septembris 1532 statutum fuit in prefato Consilio X, quod quicumque acceptet bannitum aliquem domi, sive in villa plus uno die, aut alibi tam die quam nocte, aut comitabitur cum armis, vel sine armis in locis prohibitis per eorum condemnationes, etiam quod esset ei conjunctus in strictissimo affinitatis gradu, et sanguinis, acceptator ille cadat ad poenam banni annorum quinque a hac civitate et territorio et XV miliaribus ultra confinia, et solvere debeat libras 500, parvorum Camerae dictae civitatis. Comesidio, et associans cadat ad supradictam poenam banni per annos quinque et solvendi libras 500, ut supra, et qui eos accusabunt, ita ut per eorum accusationem veritas habeatur, habeant lib. 200 parvorum de bonis delinquentium, si erunt, sin minus, de pecuniis Dominii nostri; et si prefati condemnati fregerint confinia, et capti fuerint, stare debeant in carceribus per annum clausi, et redeant ad bannum: quod reiteretur toties

nostris, et qui eos capient, habeant lib. 200 parvorum de bonis eorum, si erunt, sin minus de pecunijs Dominij nostri, ut supradictum est.

Quod banniti frangentes confinia sint banniti de omnibus terris et locis.

Item si banniti permiserint se deprehendi in terris et districtibus, ac confinibus per condemnationes eorum statutis, ac prohibitis, intelligantur esse banniti de omnibus terris, et locis nostris, et de hac urbe Venetiarum, et districtu, in quibus capi, et ad supplicium, aut alias poenas condemnationum suarum duci possint, non secus ac si in principalibus locis bannorum suorum capti fuissent, et qui illos ceperint habeant taleam librarum 500, ut supra, ultra omnes alias taleas, quas ipsi banniti haberent. Occurrente autem casu ...torum bannitorum retentionis in jurisdictione tua, debeas illum mittere ad manum illius Rectoris nostri ubi condemnatus fuerit.

Banniti de omnibus locis intelligantur banniti de Gambararijs etc.

Praeterea ... dicari in principio tui Regiminis partem, quae capta fuit in nostro Consilio X, die 26 Junij 1503, continentem, quod omnes illi, qui banniti sunt, et bannientur per Rectores nostros tam in perpetuum, quam ad tempus praedictis, intelligantur quoque banniti, et sint de Gambararijs, Ordeaco, et Butrico per tempus suarum condemnationum, ad quae loca, si praesumpserint accedere, et capti fuerint, subjaceant omnibus poenis contentis in eorum condemnationibus, exequendis tanquam si in loco capti fuissent, ubi principaliter exularent; et qui illos ceperint consequantur taleam lib. 500, ex bonis eorum, et si non fuerint ex pecunijs Dominij nostri; et hoc ultra omnes alias taleas quas ipsi banniti haberent.

Quod exprimatur in condemnationibus bannum de Ordeaco etc., quam tamen per transitum liceat ire.

Committimus autem tibi ex decreto Consilij nostri X, die 29 Januarij

1533. ne unquam possit allegari de ignorantia ab aliquo, quod in condemnationibus bannorum, quas facies, debeas apponere expresse, quod per te condemnati intelligantur banniti quoque locis Zambariarum, Ordeaci, Bulenici, et Lizafusine, excepto quod possint transire per ipsa loca veniendo aut redeundo de hac civitate nostra Venetiarum per transitum non demorando.

Quod in casu atroci bona delinquentium confiscentur.

Item cum nostro Consilio Rogatorum captum fuerit sub die 24 Octobris 1517, quod in omni casu atroci, et proditorio ultra taleas, quae delinquentibus dabuntur, etiam debeant confiscari bona eorum cujuscumque generis, tu obligatus es, sicut in dicta parte continetur quam primum secutus fuerit aliquis hujusmodi casus et proclamatis illis delinquentibus, si non comparuerint, facere accipi in nota omnia bona tam mobilia, quam immobilia eorumdem delinquentium, faciendo fieri particularem notam omnium ipsorum bonorum super libris Camerae, quae obligata sit solvere taleas de illis et reliquum sit pro nostro Dominio.

Quomodo Advocatores possint suspendere causas Criminales, et quod eis exempla Processuum mittantur.

Scias praeterea captam esse partem in nostro Majori Consilio tenoris infrascriptis videlicet, quod Advocatores nostri non possint se impedire, videre, alterare, seu suspendere aliquos processus formationem tam intus, quam extra, qui per Rectores nostros, aut alios Jusdicentes formatur, quousque ad defensionem rei non vocabuntur, verum proclamatis reis, possint Advocatores, quando per justitiam requirentur mittere ad accipiendum ipsos processus, ut videre possint an leges et ordines super hoc disponentes servati sint. Et si rei carceribus detenti erunt, possint Advocatores mittere ad accipiendum ipsos processus, etsi nondum perfecti erunt, videndorum eorum causa. Nec ipsi Rectores aut Jusdicentes debeant, aut obligentur contra ordines praedictos obedire ipsis Advocatoribus, et ut inconvenientia evitentur Rectores Rectores aut Jusdicentes nostri, qui requirentur mittere processus modo ut supra, non debeant mittere autenticos, sed solum exempla eorum, manu eorum

propria subscripta, et sigillata transmittere. Et Advocatores qui eorum copiam requisiverint, teneantur in termino unius mensis post presentatam copiam officio suo, eam revidere, et si illis videbitur intromittere, et significare Rectoribus, aut Iusdicentibus nostris non certificaverint, possint ipsi Rectores, aut iusdicentes, absque alterius ordinis expectatione procedere contra dictos reos ad eorum beneplacitum, et si Advocator in termino dicti unius mensis significaverit ipsis Rectoribus, aut Iusdicentibus intromissionem processus, citando eos ad Consilia, tunc ipsi Rectores, aut Iusdicentes suspendere debeant suum processum per mensem proximum tantum, post intromissionis saltem notitiam et citationis; nec possint ipsi Advocatores prorogare dictos terminos, nec aliter suspendere, nec impedire processus dictorum Rectorum aut Iusdicentium, nisi cum auctoritate Consilij XL.[ta] Criminalium, nec contra ordinem prefatum Rectores aut Iusdicentes obligati sint obedire. et Notarij, vel scribe, et alij, qui notabunt, aut legent talem prorogationem, aut suspensionem obligati sint in ipsa scriptura declarare Consilio utrum alia prorogatio, aut suspensio facta fuerit sub poena perdendi officium suum, et similiter etiam suppositi intelligantur omnes alij processus eidem ordini, qui ab ipsis Rectoribus a nostro Dominio postulabuntur. Non derogando tamen per hunc ordinem authoritati Dominij nostri possendo delegare Advocatoribus Communis et alijs omnes illos casus qui videbuntur necessarij. Nec possint Notarij, Scribe, vel coadjutores officij Advocatorum facere aliquam literam contra ordinem predictum, sub poena duc centum, et privationis sui officij. Nec possit aliqua litera expediri in aliqua materia extra dictum officium, nisi prius dicta litera saltem in Registro non erit subscripta per manum propriam Advocatorum, qui ordinassent, sub omnibus suprascriptis poenis et preterea captum sit, et declaratum, quod omnes copie dictorum processuum, que mittentur Advocatoribus de tempore in tempus sint et consignari debeant in officio Advocatorum altero ex principalibus Notarijs dicti officij, qui obligati sunt acceptum facere cui eos presentabit, et debeant tenere unum librum

ad id deputatum, in quo notari debeant de tempore in tempus de quacumque copia processuum, qui eis presentabuntur, recordando duabus vicibus in septimana expeditionem illis Advocatoribus, qui illos miserint acceptum, notando pariter super eodem libro expeditionem, seu restitutionem, sub poena immediate privationis officij sui: nec possint alij Scribe, seu coadjutores dicti officij acceptare, seu supratenere gubernationi dictorum processuum copiarum: sub poena illis, qui acceptarent, aut se impedirent in dictis copijs amittendi officium suum, et duc. 100 pro qualibet vice, medietas quorum sit ejus qui fecerint executionem, altera autem medietas arsenatus nostri. Executio autem praesentis partis commissa sit unique ex Contilarijs, et Capitibus XL.tae superioribus, quam inferioribus, ac unique ex Advocatoribus, et ex his de Collegio nostro, sine alio Consilio.

Quod aliquis sine indicijs non proclametur, et de Bannitis ad inquirendum.

Ceterum in denuncijs, ac querelis, que tibi dabuntur contra aliquos, contra quos non stent probationes, illi tales non proclamentur, sed debeant proclamari illi, contra quos essent probationes, sive indicia, pro quibus tibi videretur illos esse proclamandos. Banniti vero ad inquirendum, habeant terminum presentandi se, duorum annorum, postquam finiverint Regimina sua Rectores, qui illos condemnaverint: quod si non fecerint, transactis ipsis duobus annis procedi debeat contra eos, perinde ac si confessi essent delictum, pro quo se absentassent. Reservata tamen facultate cuilibet eorum petendi gratiam per Consilia nostra.

Processus ad inquirendum presententur Advocatoribus in fine Regiminis.

Omnes autem processus formatos ad inquirendum contra quoscumque, tempore tui Regiminis, tenearis juxta formam partis captae in majori Consilio, die 24 Martij 1482, in termino dierum quatuor, postquam Venetias applicueris presentare, et dare Advocatoribus Comunis; non tenendo penes te, nec faciendo teneri aliquod exemplum eorum, nisi solum condemnationes in uno libro scriptas

ordinate que dimittatur in Cancellaria tui Regiminis sub poena tibi, si contrafeceris, duc. 100, et privationis omnium officiorum, et Regiminum per quinquennium. Cancellariis vero, coadjutoribus, vel aliis lib. 500 parvorum, et privationis per decennium omnibus officiis et Cancellariis nostris: quarum poenarum pecuniarum medietas sit accusatoris, et alia medietas nostri Dominii.

De his, qui post condemnationem Clericos se faciunt.

Si bannitus, aut condemnatus de civitate et districtu tibi commisso, sub velamine, et colore, quod fecerit se clericum, venerit ad dictam Civitatem, et districtum, et deprehensus fuerit non obstante Clericali gradu, sive habitu Ecclesiastico, sive Religioso, quem sumpsisset post condemnationem suam, debeat incarcerari, et teneri clausus annis quinque, et deinde remittatur ad bannum suum, et omnes alias condemnationes suas, usque toties quoties; et qui illum ceperint, et presentaverint habeant lib. 1000 de propriis ejus bonis, et hoc toties quoties: et si non fuerit solvendo, Dominium nostrum solvat lib. 500, de pecuniis nostris. Et hoc intelligatur de illo bannito, et condemnato, qui haberet poenam vitae, membri, aut membrorum, sive perpetui exilii; si vero fuisset condemnatus ad tempus, et condemnationem suam interrumperet, debeat stare in carcere secundum formam condemnationis suae, si in ea fuerit aliquod tempus limitatum, sin minus debeat permanere anno uno clausus in carcere, et iterum remittatur banno.

Quod servetur decretum Summi Pontificis de Clericis primae Tonsurae.

Cum a Summo Pontifice Clemente VII. concessum fuerit, bulla diei XI Februarii 1529 contra Clericos primae tonsurae, et quatuor ordinum committentes delicta, deliberavimus cum Consilio nostro Rogatorum die 12 Aprilis 1530, et ita committimus tibi, quod circa festa Paschae resurrectionis Dominicae semel in anno debeas requirere Ordinarium loci tibi commissi, vel substitutum ejus, quod faciat publicari in festo solenni in dicta Ecclesia sua bullam supradictam, quae est registrata in illa Cancellaria tua. Et si forte dictus

Ordinarius aut Substitutus non permitteret fieri publicationem ipsam, debeas sequestrare introitus illius, secundum tenorem bullae predictae, de quaquidem requisitione facta teneris tibi fieri facere, et ferre in adventu tuo huc fidem autenticam. Non enim incipiet contumacia tua, nec poteris probare in Majori Consilio ad aliquid, nisi postquam dictam fidem presentaveris.

De Salvis conductis non faciendis.

Nullum potes facere salvum conductum bannitis sicut in nostro majore Consilio, die 17. Januarij 1507 captum fuit aliquo pacto propter crimina commissa cujuscumque sint generis: sub poena immediatae privationis tuae Prefecturae, et omnium aliarum, officiorumque, et Judicatuum tam intus quam extra per decennium; et duc. 200 auri: quorum medietas sit accusatoris et alia medietas Advocatorum, quibus executio commissa est. Cancellarius vero tuus, sive alij, qui annotarent dictos salvos conductos cadant ad eamdem poenam privationis Cancellariae, aut alterius officij, quod haberent, ac privationis perpetuae omnium, et quorumcumque officiorum Dominij nostri; et nihilominus solvant duc. 200 distribuendos, prout dictum est supra, et ipsi salvi conductus ita concessi nullius sint efficaciae, aut momenti, ac si facti non fuissent.

Quomodo taleae solvendae sint capientibus bannitos per Consilia.

Pro bannitis cum talea contrafacientibus bannis suis, pro quorum captura debetur talea, in executione, et observantia Consilij nostri X non potes, nec debes ullo modo dare taleas dictis capientibus, et retentoribus eorum; nec illis facere fieri bulletas sine precedente scitu, licentia, et deliberatione prefati Consilij quemadmodum in eo captum fuit, die 16. Octobris 1504, sub poena solvendi de tanto in quantum contrafacere presumpserit, et sic per Advocatores nostros compelleris. Die vero, 20 Aprilis 1508, in dicto Consilio captum fuit, quod omnes aliae petitiones illorum, qui pretenderent taleas, vel exemptiones

a banno, vigore partium captarum in alijs Consilijs nostris devolvantur ad consilia illa; per quę talez ipsę, et exemptiones datę, et permissę fuissent.

Quod talea danda sit capientibus malefactores si specialis non est indicta.

Observari facias, quod, quando per Conestabilem tuum, aut Comilitonem, vel alias personas captus fuerit aliquis condemnatus, vel condemnandus ad mortem, si per Statuta civitatis tibi commissę, vel ordines nostros illis hujusmodi delinquentibus non est indicta talea, vel decreta utilitas capientibus, dictus Conestabilis, Comilito, vel alius, qui ceperit, habere debeat libras 100, parvorum pro quolibet qui ceperit, solvendas ex bonis damnatorum, si fuerint, sin minus de pecunijs Dominij nostri. Pro quolibet autem condemnato, vel condemnando ad amissionem membri, vel sanguinis, qui ceperit habeat libras 50 parvorum, solvendas modo ut supra dictum est.

De quibus pecunijs solvi debeant talez.

Taleam vero aliquam tam ordenariam, quam extraordinariam cujuscumque sit generis, non audebis, neque presumes solvere de pecunijs numeratis: sed postquam decisum erit, quod aliqua talea dari debeat captoribus bannitorum, tunc dari debeant pecunię condemnatorum: quę sint necessarię pro satisfactione, et converso similiter, quod Capitanei ac vota non habeant suas solutiones, nisi de dictis pecunijs condemnationum, nec potest abs te, vel alijs infringi, aut alterari, sive aliquo modo attentari contra presentem ordinem, sub poena furantium, et alijs gravioribus, et severioribus poenis, quę sint descriptę in libris Cancellarię nostrę; de quibus non possit fieri gratia, donum, remissio, recompensatio, aut aliqua terminis elongatio, nisi cum stricturis contentis in parte capta in Rogatis, die 27 Augusti 1506.

Cum innocens relaxetur non det quicquam officialibus.

Obligatus es sub debito sacramenti observare et observari facere, quod quoties acciderit liberari, aut relaxari aliquem captum, precedente suspitione, aut denuncia aliqua, Judices, cancellarij, notarij, scribę, conestabiles baroeriorum,

sorij, milites, et quicumque alij officiales deputati ad criminalia, non habeant, nec recipere debeant aliquo modo solutionem, seu emolumentum aliquod dicta de causa, si reperti non fuerint culpabiles dicti comprehensi: sub poena perpetua privationis suorum officiorum.

De furibus mittendis ubi delinquerint.

Item si acciderit deprehendi in loco, et districtu tibi commisso furem, aut fures aliquos cum furto, aut parte ejus, quod furatum fuisset in Dominio nostro ubilibet, tu ex forma partis captæ in Consilio Rogatorum die 20 Augusti 1506, obligatus es mittere illum, aut illos, sub bona custodia ad manus Rectoris illius terræ, sive loci nostri, ubi commisisset furtum. Qui quidem Rectores possint et debeant procedere contra fures hujusmodi, sicut eis videbitur illos pro suis delictis mereri non secus ac si capti fuissent in sua Jurisdictione. Et quotiescumque ad notitiam alicujus nostri Rectoris pervenerit aliquod furtum in jurisdictione sua commissum, formato processu audiet atque intelliget furem aut fures non esse per milliaria XV. ultra confines suæ jurisdictionis, et requisiverit te, obligatus es capi facere dictos fures, et dare illos in manibus dicti Rectoris, qui possint et debeant similiter procedere contra illos, sicuti judicabis convenienş justitiæ, non aliter quam si capti fuissent in dicta sua jurisdictione.

De perjurijs, et eorum poena.

Scias captum esse in Consilio nostro Rogatorum, quod cum vitanda sint ea peccata, quæ omnipotentis Dei indignationem provocare facile possint: quorum nullum Christianis detestabilius haberi debet, quam perjurium, quo justitia, quæ immaculata esse debet, pervertitur, et quod scelestius est, Christi fides negatur. Si aliquis in loco tibi commisso inventus fuerit in tam nephandum scelus incidisse, non possit minori supplicio incisione linguæ puniri ita quod loqui non possit. Quod quidem in ingressu tui Regiminis teneris sub debito sacramenti publicari facere, ut omnibus notum sit.

De prohibita arte Archimię.

Scias captum esse in Consilio nostro X, quod nemo sit qui esse velit tam Ecclesiasticus, quam religiosus, et secularis quocumque nomine, et dignitate fungatur, possit tam in hac urbe nostra Venetiarum, quam in alia parte Dominij nostri, tam terra, quam mari laborare de arte archimię pro faciendo tam aurum, quam argentum, vel laborare, aut tenere aliquod furnellum, bozzam, vel aliud instrumentum pertinens ad hujusmodi exercitium archimię; sub poena standi per annum unum in carceribus clausus, banni de Venetijs et districtu, vel de illis terris, et locis nostris, ubi fuerit contrafactum per annos quinque tunc proximos, et si fuerit accusator, habeat libras 500 de bonis accusati, et si non esset solvendo, solvatur de pecunijs Dominij; et si idem accusator fuerit servus, vel serva, sint liberi ab omni vinculo servitutis. Si vero esset famulus, vel famula scripta, remaneat libera ab omni obligatione patronorum, et habeat salarium suum cum integritate; nec non libras 500, ut supra. Si vero contrafaciens praefatus esset persona ecclesiastica cujusvis gradus, et conditionis existat, incurrat in poenam banni decennalis et etiam tam carceris, quam banni, et pecunię prout supradictum est.

De non faciendo adunationibus in Civitate et Territorio.

Non etiam permittas, quod aliquis civis facere audeat in loco tibi commisso adunantiam hominum sub poena exilij et pecunię ad arbitrium tui solius ultra alias poenas quę per Statuta Terrę essent limitatę: et hoc idem non permittes in villis districtus tibi commissi per rusticos, et alios habitantes extra terram: sub poena trium quassorum funis ante tractum; et postmodum ad poenam aut exilij, aut pecunię, aut carceris, multum et parum ad arbitrium tuum, et dictas poenas poteris augere prout requiret conditio adunancię, et armorum portatorum, ac opus, quod perpetraretur ab adunatis. Verum possint Cives convocare sua Consilia,

et Rustici suas honestas coadunationes facere, semper cum licentia tua. Et in Consilijs terrae debeas esse presens, et in villis aliquis ex tuis, quem tu volueris interesse: qui tamen propter hoc nullum a rusticis premium accipiat. Et ita publicari facies in principio tui Regiminis in die mercatus super platea quoad Consilia terrae, et in vicariatibus, quoad rusticos ad omnium notitiam, prout captum est in Consilio nostro X, die 22 Septembris 1468.

Arma ferri prohibita.

Item observabis partem in Consilio nostro X captam, quod non permittes aliquem ferre arma cujuscumque generis, per locum, urbem et districtum tibi commissum, sub irremissibili poena quassorum trium cordae, et debeas hunc ordinem proclamari facere in principio tui Regiminis: et qui contra faceret cadat ad poenam predictam.

In actibus precessorum suorum non se impediat Rector

Non absolves ullo modo, vel ingenio aliquas condemnationes, vel sententias factas per aliquem, vel aliquos precessorum tuorum, tam in pecunia, quam in persona, et rebus, causa homicidij, furti et tradimenti etc, nec de ipsis condemnationibus, vel earum causa potes facere seu fieri facere aliquam compositionem, donum seu gratiam, sive ullam provisionem, nisi cum voluntate nostra, et Consiliarium nostrorum, quin potius dictas condemnationes pro tuo posse exequire, seu exequi facere tenearis, si excussae non fuerint, prout in nostro majori Consilio captum fuit.

Nec etiam in suis condemnationibus.

De quibuscumque vero condemnationibus, quas ipse feceris, in tuo Regimine non potes postquam factae fuerint abs te, ullomodo te impedire in omnibus, vel revocando in totum, vel in partem illas.

De condemnationibus ponendis in scriptis et exigendis.

Omnem autem condemnationem, quam tu facies, tenearis poni facere in scriptis, sive sit sub nomine mulctae, sive sub quocumque alio nomine, et de exactione

pecuniarum ipsarum multarum, sive quarumcumque condemnationum fa-
cias teneri distinctum, ordinatum, et particulare computum, sicuti de omni-
bus aliis pecuniis nostris, ita quod omnia clare videri et intelligi possint;
nec aliter hujusmodi pecunia exiges, nec dispensabis; sub poena in par-
te ferantium statuta.

Ordo servandus in poenis condemnationum.

Observabis etiam, quod, omnes condemnationes pecuniariae devolvantur ad istam
Cameram nostram, super libris cujus etiam notentur condemnati, cum poenis con-
suetis: quae poenae dari non possint alicui, cui consegnabuntur tales debito-
res condemnationum ipsarum ex pecuniis dictae Camerae, sed ex pecuniis condem
nationum earundem, sicut captum est in Rogatis, die 27 Septembris 1497.

Quomodo possint Advocatores et alij Condemnationes
Rectorum suspendere.

Non potest de condemnationibus tuis hujusmodi fieri aliqua suspensio so-
lutionis earundem per advocatores, auditores, vel alia Regimina, et officia
nostra aliqua causa, vel ratione; nisi per unum mensem, vel duos ad longius:
in quorum finem tenearis eas exigere, vel exigi facere secundum formam tuae
commissionis, et ordinum civitatis tibi commissae. Et si per dictos Advoca-
tores, aut alios imponeretur tibi aliqua poena, quod observares dictas suspen-
siones, non tenearis ad observandum eas, nec subjaceas alicui poenae, nisi
captum fuerit per Consilia. Verum si aliquis se appellaret, vel si Advoca
tores, vel Syndici intromitterent aliquam ex dictis condemnationibus,
quam ducere non possent ad Consilia, nec illam expedire, cum tu velles
esse praesens, eo casu tenearis suspendere exactionem dictarum condemna-
tionum: donec illae appellationes, sive intromissiones recipiant finem.
Non intelligendo de condemnationibus, de quibus non potest appellari.

De condemnatis recedentibus a locis suis.

Si vero condemnati abs te, recedent, et ibunt ad alia loca nostra mansuri ibi; donec tu

recesseris a regimine; ut per eum modum condemnationes contra eos factae non exequantur; Rectores, ad Jurisdictionem quorum condemnati ipsi iverint, suo debito sacramenti obligati sunt compellere realiter eos, ut solvant dictas condemnationes ad petitionem tuam.

De ludo taxillorum.

Propter malum, quod sequitur ex ludo taxillorum, mandamus tibi cum Consilio nostro X, quod omnes ludentes sic a libris 10 supra parvorum condemnare debeas ad restituendum omne id, quod lucrati essent, et ad solvendos duc. 100, nam a lib 10 parvorum infra in die ludere liceat unique causa solatii, et publice in lodea, si prohibitum non sit statutis et ordinibus istius Terrae, atque in tabernis. De condemnationibus autem, quas facies, habebis tertium, et accusatori, qui tenebitur secretus, dabitur tertium; aliudque tertium mittes Capitibus et Camerario hujus Consilii. Verum si quis luderet a libris 5 infra, et tibi pro tua prudentia consideratis personarum conditione, loco, tempore et materia ludi, videretur mitius procedendum ad condemnationem, in tua discretione et arbitrio relinquimus, ita tamen quod Statuta, et consuetudines Terrae tibi commissae serventur, et tertium condemnationis deveniat ad Camerarium Consilii nostri X. Et si ejus Capitibus aut Camerario Cancellarius non dederit de tempore in tempus notitiam de ipsis condemnationibus, quarum computum ordinate tenere obligatus est, ipse debeat solvere condemnationem dicto Camerario de suo proprio.

De prohibitione Palliorum cum taxillis

Si quovis modo ad audientiam tuam pervenerit sub tuo Regimine propom pallia cum taxillis mandamus tibi cum nostro Consilio X, quod accipi facias hujusmodi pallia cum ~~libellis~~ 100 pro poena iis, qui hujusmodi pallia cum taxillis proposuissent; dando de proprio palio, et denariis tertium accusatori, tertium Camerario nostro, et aliud tertium sit tuum. Quoniam

nostra intentio est, quod palia fiant cum ballistis, vel arcubus, et non cum taxillis ullo modo.

Ordo servandus in datijs locandis.

Datia, mudas et vellas, et alia spectantia Comuni Civitatis tibi commissæ incantari facias bona fide et sine fraude, et plus offerentibus affictaoris per unum annum. Verum nec aliquis tuus propinquus, nec de tua familia, vel officiales possint habere partem in dictis incantibus, sub poena librarum 25, pro centenario valoris ejus, quod sic inventum fuerit.

Non liceat Nobilibus Venetis conducere datia.

Item facies observari partem captam in Consilio nostro Rogatorum, die 29 Septembris 1430, et 17 Maij 1466, quod nullus noster Nobilis possit conducere in aliqua terrarum et locorum nostrorum aliquod Datium nostri Dominij, nec in eo habere partem, nec intromittere, aut impedire se modo aliquo, vel ingenio, nec etiam loqui, aut tansare aliquem Datiarium apud aliquem Rectorem praefatorum locorum nostrorum, sub poena privationis omnium officiorum, et regiminum nostrorum per quinquennium, et duc. 100 in suis proprijs bonis, cujus poenæ medietas sit Rectori et alia medietas sit accusatoris.

De increpantibus datijs et alijs gravedinibus positis per Consilia.

Item observabis, quod quando aliqua impositio, seu datia deliberata erunt per Consilia, si aliquis praesumpserit ea damnare, aut contradicere, utendo talibus verbis; non paghè, non comprè pegni, et similibus, quæ veniunt contradicere deliberationibus factis, stare debeat in carceribus civitatis tibi commissæ in qua usus fuerit praefatis verbis, per annum unum, et banniatur per annos duos de dicta civitate, et ultra hoc solvat duc 300 auri, quorum accusator habeat tertium, tertium sit tuum, et aliud sit nostri Communis: et si non fuerit accusator tota poena ipsa pecuniaria

deveniat in Commune. De quibus poenis non possit fieri gratia aliqua. Verum liceat omnibus dicere suas opiniones, et contradicere publice in Consiliis, quando res hujusmodi ponentur, et similiter se gravare coram Rectore tam ante ipsam impositionem captam, quam post, ut unusquisque rationibus suis uti possit, et indebite non gravetur. Et in his casibus loquentes non intelligantur ad supradictas poenas incurrisse.

Datia affictentur temporibus debitis.

Non potes incantare datia nostra, nisi temporibus ordinarijs, nec accipere a conducentibus summam aliquam pecuniarum, antequam ipsi ineant datia, nisi habueris expressum mandatum a Consilio nostro Rogatorum, sub poena furantium sicut captum fuit in dicto Consilio die 14 Maij 1519.

De precio datiorum deliberatorum Dominio significando.

Cum autem locata fuerint datia ipsa, teneris dare notitiam nostro Dominio, de precijs, quibus ea fuerint deliberata, et de nominibus conductorum, ac plegiorum.

De favendo datiarijs.

Dabis omnem favorem, quem poteris Mudarijs, sive Datiarijs, et eorum nuncijs ad exigendum jura mudarum, sive datiorum, neque consentias de eis occupari quicquam ab aliquo. Et si huic nostrae ordinationi contrafeceris, de tuo respondere debeas.

De ordine servando in exigendo et vendendo bona debitorum.

In exigendis vero, et vendendis bonis debitorum officiorum spectantium Dominio nostro observabis illud, quod captum est in Consilio nostro Rogatorum, die 13 Augusti 1520, quod obligatus sis accipere in tenuta bona cujuslibet debitoris cum confinibus, et numero camporum, et qualitate cujusque rei, et quanti locentur, quantumque exigatur de introitu, et dicta bona ponere ad publicum incantum, et si non fuerit emptor, debeas illa accipere in Dominium nostrum pro estimatione, cum quanto minus eo, quo fuerit

estimata secundum usum consuetum, ac redire ad incantum, et si non fuerit emptor pro pretio, quo posita sunt in Dominium nostrum, debeas illa mittere in nota cum confinibus, et aliis rebus, ut supra, illi officio, cujus erunt debitores, faciendo proclamari, quod volentes emere dicta bona ab illo officio, quod vendet ea, veniat in termino mensis unius huc Venetias, ut emere possint ad publicum incantum: quæ omnia suprascripta tenearis facere in termino mensium duorum, postquam literas habueris ab officiis, quod exigere possis a quolibet debitore, significando particulariter executionem hujusmodi illis officiis, ad quæ pertinebit. Et hoc sub poena solvendi de tuo debita, de quibus poneris debitor ad Palatium, si contrafeceris.

De incantibus contrabannorum.

Non permittas, cum vendentur contrabanna et aliæ res, quod Camerarii, sive Scribæ, et famuli eorum emant quicquam de illis ullo modo.

In confiscatione bonorum debitorum Dominii non detur portio alicui, nisi venditis aut alienatis ipsis bonis.

Et cum acciderit confiscari, aut poni in Cameram bona debitorum, cujuscumque conditionis, de quibus Tu, aut Camerarius, aut alii pretenderent habere partem, non potest accipi portio, quæ de jure ipsis spectaret pro illis bonis in pecunia numerata, nisi cum ea vendita, aut alienata aliquo modo fuerint, et de eisdem pecuniis, quæ de illa ratione exigentur. Quod si antea aliquis exiret de officio, tamen restant ei obligatæ debitæ portiones suæ, et si quis aliter solvendo contrafaceret aliqua via præsenti ordini, irremissibiliter cadat in poenam furantium, quemadmodum pars capta in Rogatis die 11 Maij 1518 continet.

Poena exigi non potest absque capitali.

Et si tu, Camerarius, aut alii ministri publici præsumpserint ratione poenarum aut alia forma habere portionem aliquam debitorum nostrorum, sive ab illis, qui per eorum industriam inveniuntur esse debitores, non possint exigere

poenas, nisi exegerint cum effectu capitale cum poena, et pro tota portione, quam exegerint ratione Dominij, pro computo etiam Dominij nostri habeant partem poenarum. Verum si forte ab aliquo contrafieret, Advocatores Communis et eorum quilibet, et officiales Deputati revisioni, et exactioni pecuniæ publicæ, quibus primo facta fuerit conscientia, possint et debeant contra illum procedere, sine alio Consilio; et exigere pecuniam exactam contra intentionem presentis ordinis, et quartum de pluri pro poena. Hoc declarato, quod a debitoribus accipi non possit plusquam una poena, neque potest per te, aut alium ministrum publicum sub aliquo colore, aut ingenio poni ad tuum computum, sive sub aliquo nomine appropriari pars aliqua pertinens Dominio nostro, sed ea relinquatur in Camera huc mittenda juxta formam legum nostrarum.

Prorogatio, suspensio etc. non fiat debitoribus sine Consilio.

Exemptionem non facies, neque prorogationem termini debitoribus Dominij nostri, neque alias hujusmodi concessiones, sine autoritate Consiliorum nostrorum, sub poena solvendi de tuo quicquid datum fuisset illis, quibus concessa erit dicta gratia, et quartum de pluri pro poena.

Non potest concedi alicui licentia, qui pro suo Communi capi possit.

Non potes, sub poena duc. 100 exigenda per Advocatores Communis, sine alio Consilio concedere alicui de aliqua villa, et districtu Terræ tibi commissæ, quod non possit capi, neque molestari pro debito ipsius Communis, et gravediarum solvendarum Dominio nostro, nisi pro portione spectante specialitati illius: et nihilominus si ulla concessio hujusmodi absta fieret, ea esse debeat nulla, et nullius valoris atque ita observabis inviolabiliter.

De rationibus introituum Dominio presentandis in reditu.

Introitus et exitus Dominij nostri videbis et nos particulariter informabis, at nihilominus in fine Regiminis rationes introitus et exitus totius

exemptorum tui Regiminis cum veneris Venetias, nobis presentare tenearis, et sic observabis.

De rationibus officio super Cameris pecuniarum exactarum, et ordine servando.

Scito tibi esse observandas partes Consilij Rogatorum, quod omnes pecunias infrascripte conditionis, quarum exactioni, dabis operam diligentem, de tempore in tempus mittere debeas officio nostro super Cameris, et nisi ita feceris, non incipiet unquam Contumacia tua, nec non mittes exemplum datiorum cum omnibus eorum membris, et affictibus, distinguendo nomina, et precia, quibus locantur, et ferendo in fine Regiminis tui distinctam, autenticamque rationem omnis exactionis et administrationis facte, quam presentabis dicto officio super Cameris cum prefato exemplo, ut omnia intelligi possint. Quod si non habueris pecunias infrascripti generis feres Camerarij tui fidem de hoc: quam nisi tuleris, contumacia tua incipere non poterit: atque impones Scribe, alioque deputato, quod pecuniarum ipsarum particularem rationem tenere debeat, et mittere eam juste.

Pecunie autem sunt videlicet, quod Conductores datiorum, cum omnibus eorum membris, et affictibus pontium, portarum, livellorum, piscariarum, molendinorum, et cujusque rei solite locari per Dominium nostrum debeant pro omni eo, quod locatur pro duc. 1000 supra solvere duc. 10; et a duc. 100, usque 1000 duc. 5; et a duc. 50 usque 100 duc. 2, et a duc. 50 infra ducatum unum omni vice, qua locabunt antequam ineant datia de suo proprio, et non de rationes datiorum. Item omnia salaria et utilitates vacantiarum, que per tempora accident alicujus salariati, aut provisionati, omnes pecunias exemptorum, hoc est, quas aliquis qui exemptus fuisset, postquam finita sit exemptio ejus contribuere debebit: omnes confiscationes facte, aut faciende, quoad partem Dominio nostro spectantem omnes pecunie que malo modo accepte sunt, accipienturque: item omnes pecunie contrabannorum, idest quarta vel tertia eorum, sicut suprascriptum est, spectant, et pertinent,

ac mitti debeat ab te officio nostro super Camerijs ordedicto.

Camerarius cum Scriba vel Notario scribat rationes Dominij.

Introitus vero omnes, et expensas nostri Dominij debeat scribere Camerarius ille noster cum ejus notario, vel scriba ordinate in bius quaternis sub poena duc. 500, scribendo particulariter illud quod expenditur, et in quibus rebus; et pretium rerum, quæ emantur, ita quod rationes nostræ distincte videri possint etc.

De pecunijs Dominij in tuum commodum non accipiendis.

Si pecunias Dominij nostri accipies ad tuum commodum, et utilitatem cades de 50, pro centenario etc.

Quod quicquam expendi non possit in fabrica nisi cum licentia Consilij Rogatorum, et de pecunijs multarum.

Non potes expendere in laborerijs tui Palatij aut aliqua alia fabrica, vel alia re non ordinata per Consilia Rogatorum aliquem denarium nostri Dominij, neque de ratione multarum, condemnationum, aut poenarum, vel aliter quoquomodo directe, vel indirecte spectantem Dominio nostro, sine expressa licentia Consilij Rogatorum: et si contrafeceris cades ad omnes poenas, et scripturas consuetas in parte furantium, publicaverisque pro furante in majori Consilio, et si haberes licentiam a dicto Consilio Rogatorum, non expendes nisi de pecunijs multarum, quæ quidem exigi debeat in Camera, et dispensari, in quæ deputate sunt per bulletam, et non aliter, sicut fit de alijs pecunijs Dominij nostri, prout captum fuit in Rogatis 24 Januarij 1529.

De precijs hastiludiorum.

Quotiescumque debebit fieri aliquod hastiludium in civitate ista, pones premium in pecunia numerata in uno marsupio, dando quibus spectabit, et non in pannis sericeis ullo modo.

Pecuniæ Dominij, quas feres in reditu tuo Venetias

ferendæ sunt Camerario Communis.

Item observabis partem captam in Rogatis die 21 Julij 1435°, quod omnes pecunias spectantes Dominio nostro, quas in reditu tuo a Regimine feres Venetias teneris et debeas ferre ad Camerarios nostri Communis et non ad aliquod aliud officium nostrum, sub poena solvendi de tuo proprio tantundem infra octo dies Camerarijs prefatis.

De solidandis capsis in fine Regiminis ac fide ferenda

officio super Cameris.

Insuper debes, et obligatus es in fine tui Regiminis integre, et sine ulla diminutione consolidasse capsas tuas, faciendo tibi fieri a. Camerario tuo fidem, directam officio super Cameris, et subscriptam a dicto tuo Collega, de integra solidatione computorum tuorum, et quod detuleris libros ordinarios. Si vero non afferes dictam fidem, incurres, et incursus esse intelligaris ad infrascriptas poenas, et strictivas videlicet, probari non possis ad aliquod officium, nec etiam venire ad capellum; nec incipiat tempus contumaciæ tuæ, nisi prius attuleris dictam fidem. Debeas etiam notari pro debitore super libris existentibus ad pedes nostros. Preterea si per te fieret hujusmodi fides declaratoria Camerarium, qui etiam ad suprascripta tenetur, consolidasse capsas suas, et inventum fuerit, quod dictus Camerarius non solidaverit, et quod talis fides non contineat veritatem; Tu, qui subscripseris bulletino, debebis solvere totum id, in quo Dominium nostrum fuisset deceptum. Illi vero qui respondent Cameris, ferant fidem subscriptam factam per Rectorem loci, cui sunt suppositi

De cambiantibus et trabucantibus monetas.

Quicumque trabucaverit monetas cujuscumque conditionis spectantes nostro Dominio ad sui utilitatem, sub aliquo colore, ingenio vel pretextu

alicujus in tali parte vel conventicula, quam cum aliis habebat hac de causa, ipso facto astringatur ad solvendum totidem monetas, quas constiterit eum cambiasse, sive trabucasse ad utilitatem suam, aut aliorum quovis modo, et ultra hoc privetur perpetuo illo officio, in quo monetæ defectum commisisse inventus fuerit.

De Rectore furante pecunias Dominij.

Si convictus fueris te furatum fuisse pecunias nostri Dominij, condemnaberis ut fur, ad restituendum illas, et tantundem pro poena, et in perpetuum privaveris omni honore Nobilitatis, officijs, et beneficijs, et singulis annis publicaberis pro fure, ut in nostris ordinibus continetur.

De alijs officialibus furantibus pecunias publicas.

Si quis malo modo acceperit de denarijs Dominij nostri, et haberet officium aliquod, debet privari ipso facto eodem officio, et omnibus alijs officijs nostris in perpetuum, quod si non fueris executus incidas in poenam duc. 50, in tuis proprijs bonis, de quibus non possit tibi fieri gratia, sub poena contenta in parte nova contrabannorum. Verum si detexeris ab accipientibus de pecunijs nostris, eo casu absolveris a poena, et si quis te decepisset, cadat de libris 1000, et manere debeat in carcere sex mensibus; nec possit ei fieri gratia, sub poena prædicta: et si aliquis esset debitor Dominij nostri per aliquem alium modum, quam per supradictum, non possit habere officium aliquod, nisi prius solverit, sub poena prædicta tam tibi, quam illi, prout captum fuit in Consilio centum, die 24 Septembris 1426.

De officialibus non Nobilibus exigentibus pecunias Dominij.

Præterea, ut omnes participent de officijs, et datia et introitus diligenter exigantur captum fuit in Cons. Rogatorum die 14 Septembris 1426, quod aliquis officialis, qui exigat pecuniam, aut sit in officio, per quod exigatur pecunia,

cum steterit annum unum in illo, non possit habere aliquod aliud officium sequenti anno, non intelligendo de scribis non tangentibus pecunias, nec de officialibus Camerariorum, nec de aliis Camerae ratiocinatoribus, nec de officialibus Laboreriorum, nec de eorum scribis; nec de officialibus Curiae, et potes providere de officialibus de anno in annum, sicut tibi melius videbitur.

De possessionibus Communis.

Teneris diligenter inquirere de omnibus possessionibus, juribus, bonis quomodocumque spectantibus Terrae, cujus es Rector, videlicet, qui eas tenent, et ubi sunt ac registrari facere, exemplumque earum nobis mittere, et dare operam ad eas recuperandum, locandum, et in culmine tenendum.

De possessionibus, decimis etc. non alienandis quae Dominio spectant absque licentia Consilii X.

Scire debes tibi esse prohibitum, quod neque per gratiam, neque aliter dare possis de bonis nostri Dominii, videlicet, de possessionibus, Decimis, Pheudis, livellis, Pischeriis, Gastaldiis, et aliis rebus, et bonis, nisi per Consilium nostrum X habueris licentiam, sub poena duc. 500.

De pheudis caducis Dominio devolutis.

Insuper si vacaverit aliquod pheudum Dominii nostri per mortem legitimi ultimi possessoris illius, vel forte etiam advenerit in personam, quae sine haeredibus decedere debeat, sub aliquo colore, vel forma amplius illud non possis alienare, nec in alterum transferre, nec alicui concedere, neque ab aliis occupari permittas: sed subito interveniente casu, perveniat in nostrum Dominium, et per te locari debeat eo meliori modo, et majori pretio, quo poteris, pro utilitate Dominii nostri, sub poena duc. 500, qualibet vice, qua contrafeceris.

De gubernandis munitionibus.

Omnes autem munitiones armorum, bladorum et aliarum rerum, quae tibi per praecessorem tuum fuissent assignatae, vel quomodocumque ad manus tuas

aliquo tempore pervenerint, teneris et debes scribere particulariter, et distincte; ut per nos intelligi possint eorum qualitates, et conditiones, presentium autem munitionum descriptionem invenies in libro notatam ad hoc deputatum per deliberationem Consilij X., et cum redibis Venetias, portabis literas successoris tui Capitibus ipsius Consilij, cum inventario munitionum, et si inveniretur aliquid deficere, non incipiet tempus contumacie tue nunquam, neque habebis ballottinum tuum.

De armis Dominij revidendis et aptandis.

Omni mense videbis coracias, et alia arma nostri Communis, si qua forent, vel videri facies, et aptari, si fuerit opportunum, ita quod semper sint in ordine.

De munitionibus non renovandis absque licentia Consilij X

Si vero ausus fueris aliquo modo vel ingenio, directe, vel indirecte ponere manus in munitionibus frumentarijs, et alijs cujuscumque generis, causa renovandi, vendendi, aut aliter alienandi illas, sine expressa licentia Cons. nostri X, incidesin poenam duc. 1000 exigendorum illico, et privationis tui Regiminis, ac cujuscumque officij, beneficij, et Regiminis per decennium, neque Castellanus, sub dicta poena, debeat tibi obedire in hoc sine expresso mandato Cons. nostri X. Debeatque ipse Castellanus in exitu tui Regiminis facere inventarium cujuscumque generis munitionum tam bladorum, quam aliarum rerum, et illud dare tibi ferendum ipsi Consilio.

De Castellanis et officialibus abutentibus munitionibus.

Debes sub debito sacramenti tibi dati per Capita Consilij X. dare ipsis notitiam, si inveneris Castellanum, vel officialem aliquem Regimini tuo suppositum posuisse manum, et in usum ac utilitatem suam convertisse, et contraxisse de munitionibus suprascriptis in qualibet quantitate, nominis, aut generis, cujuscumque illae fuerint, cum id prohibitum sit dictis Castellanis, et officialibus

sub poena restitutionis rei acceptæ, ac librarum 1000 parvorum, et privationis Castellaniæ, quam haberent, necetiam in perpetuum omnium aliorum officiorum Dominij nostri, atque exilij de Venetijs, et districtu per annos X, et dictæ poenæ pecuniariæ medietas detur accusatori si fuerit, per quem veritas habeatur, et alia medietas applicanda est Cameræ Consilij X.

Quod Rectores non accipiant munitiones pro usu suo.

Insuper prohibitum est, quod non possis accipere de munitionibus pro usu tuo, vel aliorum, nisi acciderit vendi alijs, tunc possis emere pro illo pretio, sicut communiter dabitur etc.

De munitionibus a Dominio missis conservandis.

Item observabis partem captam in Cons. nostro Rogatorum 1470. die 18 Junij, quod de omnibus munitionibus bladorum, et aliarum rerum, quæ de ordine Dominij nostri Provisores bladorum, Patroni Arsenatus, aut alij miserint ad locum tibi comissum, tenearis, quando aliquod distribuendum erit per bulletam tuam, sicut de pecunijs Cameræ fit, dictas munitiones dispensare, et tenere separatum computum dispensationis earundem, quod obligatus eris infra terminum dierum octo, postquam Venetias applicueris, reddere quaternario nostro ad hoc deputato, et solidare rationes tuas, et de his, quæ distribueris ostendere bulletas sub sigillo tui successoris, et litteras ejus de hujusmodi distributione: de illis autem, quæ remanserint; feres litteras ejusdem Rectoris particulariter, et nominatim, ut solidato uno, alter debeat fieri debitor; et omnia videri possint, ut semper, et rite administrentur, nec diripiantur, et disperdantur, ut fit, nam de omnibus munitionibus, bladis et alijs, quæ ut supra mittentur, tu fies debitor per quaternarium prædictum, super uno libro per nomen, et cognomen, et per quantitatem et qualitatem debiti, qui semper stet ad pedes nostros, sicut stant alij debitores nostri Dominij, ut ad aliquam rem probari non possis pro tali re, nisi satisfeceris.

In adventu Rectorum non liceat consumi pulverem.

Et sicut in Cons. nostro X. captum fuit sub die 2. Augusti, ita observandum curabis, quod pro festis, sive adventu alicujus Rectoris, oratoris, aut aliorum, non consumetur quantitas ulla pulveris de munitionibus Dominij nostri absque mandato nostro, præterquam in casu necessitatis status nostri.

Quod appellantibus a sententijs dentur Scripturæ per Rectores.

Si aliqua sententia lata fuerit abste contra aliquem, et ille, qui se gravatum senserit, appellaverit ad auditores nostros Sententiarum, tu ad requisitionem illius teneris facere ei dare Scripturas omnes pertinentes ad factum dictæ quæstionis, sub sigillo et non aliter; et si propter negligentiam et defectum tuum, cognoscendum per præfatos auditores, non fuerint omnes præfatæ Scripturæ requisitæ, sub tuo sigillo datæ, teneris ad restitutionem, et emendam expensarum propterea factarum per dictum appellantem videlicet, earum quæ erunt justæ, et rationabiles, taxandæ, per dictos auditores.

Si incisa fuerit sententia perdat Rector utilitates quas habuisset pro prolatione etc.

Si per intromissionem, et placitationem Auditorum nostrorum Sententiarum incisa fuerit aliqua sententia, sive terminatio, aut condemnatio quam tu protuleris, debes infra unum mensem, postquam tibi notificatum fuerit presentasse dictis Auditoribus totum, et quicquid habuisses ratione dictæ sententiæ, terminationis, aut condemnationis, tam capitale, quam poenam, alioqui mitteris debitor ad officium Camerariorum Communis; et nisi solveris, transactis diebus XV, incurres ad poenam quarti, et privationis Regiminis, aut officij quod haberes, nec poteris eligi ad aliquod Regimen, vel officium, donec solveris, prout captum fuit in nostro Majori Consilio, die 28 Decembris 1490.

Incisa sententia in absentia Rectoris id tantum
per ipsum restituatur, quod habuerit et non plus.

Quod si in tua absentia incideretur aliqua sententia, aut terminatio, sive actus civilis, quem protuleris pro caratis, sicuti antea servari consueverat: sed tantummodo solvere debeas eos denarios, quot pro his caratis habueris, et non plures, ut aequum est, et captum fuit in majori Consilio die 24 Septembris 1436.

Non potest compromitti in Rectores.

Praeterea non possis, nec debeas assentire quod aliquis tam civis, et districtualis, quam quilibet alius possit compromittere se aliquo modo et forma in te, nec in aliquo tuorum officialium, et si contra feceris sententia lata sit nullius valoris.

Non possunt auditores se intromittere in privilegijs,
et exemptionibus Civitatum, nec in Datijs.

In privilegijs, et exemptionibus, et immunitatibus concessis per Dominium nostrum isti Comunitati impedire se non possint auditores nostri sententiarum, cum talis cognitio ipsi Dominio nostro et advocatoribus Comunis pertineat; et similiter dicti Auditores se impedire non possint in causis datiorum, quantum ad datiarios ipsos, et fidejussores eorum, cum hoc spectet eidem Dominio nostro; nec etiam in cognoscendo de illis, qui aut solvere, aut non solvere deberent. Quod si tibi in contrarium scriberetur ab ipsis Auditoribus, non debeas exequi litteras eorum, sub poena duc. 100; sed in caeteris omnibus, et in causis contrabannorum terrarum de extra, condemnationum et confiscationum dicti Auditores auctoritatem habeant consuetam.

Auditores vel tanquam Syndici, vel tanquam Advocatores
non se impediant in privilegijs etc. in prima adeptione concessis.

Praeterea captum est in Consilio X, die 9 Julij 1485, quod de privilegijs,

et promissionibus factis immunitatibus terrarum, et locorum nostrorum in prima adeptione, Auditores vel tamquam Syndici, vel tamquam Advocatores non possint se aliqualiter impedire sub poena duc. 200 auri, exigenda per quemlibet Advocatorum Communis, sine aliquo Consilio, et ipsis Advocatoribus non exigentibus, sub poena duc. 200 auri per Capita dicti Consilij exigenda, et applicanda Cameræ ipsius; et nihilominus quicquid ab ipsis Syndicis fieret in contrarium, sit nullius valoris. Quas observantia observabis prædictum ordinem, et facies inviolabiliter observari aliqua suspensione, vel intromissione non obstante.

De concessionibus per Dominium factis observandis.

Et omnes promissiones, et concessiones factas Communitati Terræ tibi commissæ debeas observare, quod si forte per Dominium tibi scriberetur in contrarium contra pacta promissiones, et concessiones prædictas, scribere debeas, et informare Dominium nostrum in quo, et qualiter contrafit prædictis, ut providere possimus sicut expediens fuerit.

Quomodo mandatis Advocatorum sit obtemperandum.

Præterea si Advocatores Communis jusserint tibi aliquid sine Consilio contra Partes et Ordines nostros cum Consilijs tibi datos, non debes obedire illis Advocatoribus, si tibi scriberent, quod retractares, suspenderes, vel impedires aliquid, quod tibi mandatum fuisset cum nostro Consilio.

Mandata Officialium Rationum exequantur ut Consilia.

Quoties tibi per Officiales nostros Rationum aliquid scriberetur, teneris et debes executioni mandare illud, quemadmodum si tibi per Cons. Rogatorum scriptum fuisset.

Quomodo literis Dominij parendum sit pro dando alicui creditum.

Literas simplices Dominij nostri de dando creditum, aut summam aliquam pecuniarum alicui non debes exequi, sub poena solvendi de tuo et tantundem plus pro poena, nisi hujusmodi literæ scriptæ erunt ex deliberatione Collegij

nostri, dummodo pecuniarum aut crediti summa non sit praeter auctoritatem eidem Collegio attributam per leges nostras, sicut in majori Consilio captum fuit die 28 Junij 1521.

De eisdem literis in casu non exequendis.

Non obedies ullis literis Dominij, vel Collegij nostri mandantibus fieri expensas alicui Domino, Oratori, vel alij cuicumque personę, nisi scriptę fuerint cum Consilio Rogatorum.

Si literis Dominij non obedieris Advocatores cognoscant.

Et si per duos ex Advocatoribus scriptum, et mandatum fuerit pro obedientia aliqua literarum Dominij; et tu parere recusaveris, intelligaris excidisse ad poenam duc. 50, de quibus Advocatores ipsi; et quilibet eorum sub debito sacramenti ponere debeant te pro debitore ad palatium, et nullibi probari possis, nisi prius solveris, et de ipsis poenis non possit tibi fieri gratia, nisi per quinque Consiliarios, et tria Capita XL. Et casu quo tu esses pertinax, et perseverares in tua inobedientia, Advocatores Communis et eorum quilibet ire possit et debeat ad quod Consilium XL videbitur ei ad providendum cum majori severitate poenarum contra te, juxta exigentiam inobedientię, et temeritatis tuę, salva semper auctoritate Advocatorum praedictorum intromittendi, et placitandi ad Consilia illas literas, et mandata Dominij nostri quę videbuntur mereri incisionem.

De obedientia Dominio danda.

Omnia, quę tibi dicendo mandabimus, attendes et observabis bona fide, et sine fraude, quę quidem si executus non fueris cum effectu, et obedienter, quoad poteris, et ad te spectabit, cades de libris 200, solvendis per te intra mensem, et mitteris debitor, ac scriberis in libro, et non poteris eligi unquam ad aliquam rem, nisi prius solveris, et contumacia tua etiam post recessum Consilij valet in hoc casu contra te. Item officium Advocatorum est solum

ad puniendum te atrocius pro inobedientia tua, sicuti gravitas casus inobedientiæ tuæ requiret. Poteris tamen sine poena rescribere, si tibi videbitur, qualiter, propter aliquod periculum, vel aliam legitimam causam non potest exequi mandatum tibi factum. Sed si ipsum mandatum non revocabitur tibi, tu tamen debes prosequi ad obedientiam, et persequendum mandatum tibi factum, sub eadem poena; cujus medietas dabitur accusatori. Si vero de aliquo mandato nostro aliquis se gravatum sentiet, salvam esse volumus auctoritatem et libertatem Advocatorum Communis, et etiam Auditorum sententiarum in caussis civilibus, quæ ad eorum officium spectarent. Sed nihilominus quousque mandatum nostrum steterit firmum, nobis debeas inviolabiliter obedire: et de dicta poena non potest tibi fieri gratia aliqua.

De proclamationibus faciendis quod extorsiones non fiant.

Pro evitandis extorsionibus, teneris omni die Sabbati in loco mercati sub poena librarum 100 in tuis propriis bonis facere quod nullus sit qui esse velit, audeat ullo modo, aut forma facere ullas extorsiones, malitias, mangarias versus pauperes personas, et villanos. sub poena perpetuæ privationis omnium officiorum istius urbis, et districtus tibi commissi: et restituendi insuper extortum, ac male ablatum. Ac omnes volentes conqueri, debetis benigne, et diligenter audire, et punire contra facientes, ut dictum est.

Cancellarij et alij non accipiant solutionem majorem solito pro scripturis suis.

Quod si Cancellarius, Coadjutores, Scribæ, Notarij, aut alij officiales nostri ullo modo acceperint majorem solutionem scripturarum, et aliarum quarumcumque rerum, quas facient, sive exercebant, quam consuetum est, et per formam legum, et ordinum nostrorum, et per Statuta est limitatum, cadat in poenam quilibet perpetuæ privationis officij, quod haberet, et librarum 200, quas de bonis illorum habebit accusator, et teneatur secretus etc.

Non liceat Notario pro factis Communis accipere aliquam solutionem, vel mercedem.

Cæterum committimus tibi, quatenus Notario tuo, seu aliis salariatis loci tibi commissi pro aliqua, vel aliquibus scripturis, sive aliis quibuscumque rebus, quæ fuerint pro Communi, non des mercedem, nec dare possis, nec dari permittas aliquid de denariis nostris Dominii, nisi solum salarium suum proprium. Idem etiam observabis, si aliquo mittentur pro factis publicis: habendo tamen id solum, quod pro expensis erit necessarium: et similiter in aliis tuæ familiæ observabis quos ita mitteres.

Officiales pro pignorando non accipiant plus sua mercede.

Facies observari, quod captum fuit in Consilio nostro Rogatorum, die 16 Junii 1450, quod tui Comilites, Comestabiles, Præcones, et officiales ad pignorandum non possint ullo modo per se vel alios, sub aliquo prætextu accipere pro suo labore, mercede, sive via, vel aliqua de causa quicquam a debitoribus, sed si accipient pignora eis, quando præsentabuntur pignora ipsa persolvatur de mercede sua per creditorem juxta formam ordinum limitantium solutionem ipsam in loco tibi commisso; et ipsi creditores tantum plus a debitoribus habere debeant, quantum erit solutio facta; quod si quis contrafecerit ultra privationem caballariæ, comestabellariæ, præconiæ, aut officii suprascripti, stare debeat uno die in berlina, et restituat quicquid habuisset præter hunc ordinem: ad quam poenam privationis de officio incurrant illi Præcones, et alii pignorantes, qui tenerent plusquam unum equum vel equam, et quos, vel quas de pluri tenuerint etiam amittant, et pretium eorum dividatur per tertium inter Dominium nostrum, et te, et accusatorem, qui teneatur de credentia: de quibus quidem poenis, vel aliqua earum non possit fieri gratia, donum, remissio, recompensatio, sub poena duc. 500.

De expensis accipiendis ab officialibus pro pignorationibus.

Observabis etiam prout captum fuit in Cons. nostro Rogatorum, die 28 Januarij 1454, quod Comilito, Comestabiles, Viatores, Baroerij, et omnes alij, qui ad exigendum fuerint deputati, quovis modo accipere, nec habere possint a debitoribus, nisi pignus, vel debiti solutionem. Expensas vero itineris nullo modo accipere possint de eo, quod pignoraverint sive in totum, si acceperint pignus sufficiens, sive de rata pro eo, quod pignoraverint. Sed has expensas habeant a creditoribus, vel massarijs vendentibus pignora, ponendas ad rationem debiti, sub poena privationis officij et standi unum diem in berlina irremissibiliter. Non possint quoque prefati executores ire in possessionem, sub eadem poena, nec accipere preter taxam limitatam per Statuta, seu per ordines loci tibi commissi, sub eadem poena: quam quidem poenam, tu, nec aliquis alius augere possit, sub poena duc. 100, et privationis officij; nec etiam committere plures, quam tres Commissiones fiant iuxta ordines per ipsa Statuta declaratos, vel qui per Consilium terminabuntur cum presentia, et consensu tuo, et firme, valideque permaneant usque ad totius cause expeditionem, vel debiti executionem.

Quod Cancellarius etc. pro aliqua scriptura vel conducto pro servitio publico non accipiant mercedem.

Scito etiam quod Cancellarius tuus, Coadjutor, notarius sive Scriba etiam Camere istius pro aliqua bulleta, bollettino, licentia, aut scriptura quam fecerit alicui subdito pro milio, aut alio blado conducto, et presentato, sive pro lapidibus, aut lignaminibus, aut aliqua alia re simili; vel pro diebus, quibus ad publica opera laborarent, nihil omnino accipere debeant, sed gratis faciant: et si contrafecerint, cadant de marchetis XX pro quolibet marcheto, et priventur omnibus officijs, et beneficijs nostris per annos X.

De mercede Cancellarij pro salviconductis et responsionibus supplicationum.

Est etiam prohibitum dicto Cancellario et alijs, quod pro quibuscunque salviconductis,

quae aliter fierent, aut per libertatem officij tui, aut per jussum, vel impositionem Dominij nostri, non possint accipere, nisi soldos octo, pro qualibet privata persona, aut soldos XVj pro quolibet Communi, et in prorogando, nisi dimidium mercedis ipsius, sub poena duc. 100, et privationis Cancellariatus, et omnium aliorum officiorum, et beneficiorum nostrorum per annos X, sub qua poena similiter non possint accipere pro respondendo super supplicationibus, nisi eandem mercedem, quae suprascripta est, et tantundem pro registrandis gratijs.

Quod Cancellarius emat de suo ceram, cartam et Atramentum.

Item sciredebes quod per te non possit fieri bulleta nec potest solvi ex pecunijs Dominij nostri cera, carta, atramentum pro Cancellario tuo, sub poena duc. 100, sed tales expensae fieri debeant per Cancellarium ipsum.

Utilitas Rectorum, et Officialium non potest per aliquem minui nisi per Consilia.

Caeterum aliquam utilitatem, regaliam, et jurisdictionem tam tuam, quam officialium tuorum nullus Syndicus, neque alius magistratus noster potest accipere, nec diminuere, nisi cum Consilio XL, et cum interventu saltem duorum proxime Praecessorum tuorum, et si aliter fieret, non teneat, neque valeat, nec tu, neque officiales nostri praefati illud observare debeant.

De matrimonijs per Rectores non contrahendis, nec beneficijs impetrandis.

Non potes, sub debito sacramenti, per totum tempus tui Regiminis, nec per unum annum post contrahere matrimonium, nec contrahi facere, nec impetrari facere aliquam praebendam, seu beneficium in loco tui Regiminis per te, vel alium, nec procurare, nec tractare, quod haec fiant pro te, vel alijs ullo modo.

Non detur possessio beneficiorum sine literis Dominij.

Quo vero ad dicta beneficia Ecclesiastica sito tibi esse prohibitum, sub poena duc. 500 in tuis proprijs bonis, quod aliquem non debeas acceptare ad aliquod beneficium

duc. 100 supra, sine literis Cons. Rogatorum tibi scriptis, Beneficiorum vero cre-
ditores, duc. 100 infra, possessio dari possit per literas Dominij nostri.

De beneficijs conferendis exteris.

Item mandamus tibi cum dicto Consilio nostro Rogatorum, quod non permittas aliquod Ecclesiasticum beneficium conferri alicui, qui non sit civis Terrarum nostrarum, aut Venetus, sub poena duc. 500, in tuis proprijs bonis, nisi per literas Dominij nostri tibi expresse mandetur.

Breves contra voluntates defunctorum non possunt impetrari.

Scito fuisse captum in Rogatis, die 21 Decembris 1480, quod nemo sit qui esse velit tam civis, quam subditus, audeat, vel presumat ire, vel mittere in Romana Curia ad impetrandum, vel obtinendum directe, vel indirecte breves contra legata relicta per testamentarias ordinationes ad pias causas, et concessiones hujusmodi tam per se, quam per alium, nec similiter per viam, vel medium alicujus Apostolici Legati, vel aliter, sub poena contrafacere presumentibus duc. 100 auri, et etiam banni per quinquennium de Venetijs, et districtu, vel de illis civitatibus et locis nostris, ac districtibus quorum, vel cuarum ille talis impetrans esset civis, vel habitator: et cum sit commissa executio presentis ordinis Advocatoribus Communis, et omnibus de extra; ideo tu teneris, et debes quam primum aliqui contrafacientes ad tuam notitiam pervenerint, ultra exactionem poenae pecuniariae, de qua habebis partem, ut alijs offitij tui, et executionem exilij, retineri facere subito impetratores talium Brevium, nec illos prius relaxare de carcere, quam renunciaverint breves ipsos in plena et valida forma: quamobrem ita observabis.

De subscriptione facienda manu propria Supplicationibus.

Quando contingeret tibi respondere supplicationibus alicujus petentis a Dominio nostro gratiam aliquam, debes affirmare ita esse tuo juramento, et subscribere manu propria responsioni ipsi, et responsa hujusmodi debent esse separata a supplicatione, ut si fuerit dilaniata supplicatio aliqua, semper appareat in Cancellaria

nostra responsio ipsa; nec permittes ostendi dicta responsio tua alicui quicumque sit, nec possit aliquo exquisito colore dare in manibus partis, non permittendo etiam, quod eorum continentia sciatur; verum inclusam in tuis literis Dominio nostro mittes per caballarios sive alios latores literarum publicarum.

In responsionibus supplicationum debitorum nominentur principales et eorum fidejussores.

Item observabis partem captam in Cons. nostro Rogatorum die 11 Martij 1477, quod in gratijs pecuniarijs spectantibus Dominio nostro, quæ quomodocumque petantur in responsionibus faciendis super eis, nominare debeas principales et fidejussores per eorum nomina, et conditiones, et qualitates cujuscumque; et hoc ideo deliberavimus, quia per aliquos datiarios petuntur gratiæ pro eorum debitis, et fidejussores supportantur, ex quo sequitur maximum damnum nostro Dominio: et pecuniæ nunquam, aut tardissime exiguntur, propterea hanc nostram intentionem exequeris quam maxima poteris diligentia.

Non possunt mitti plures 4 oratoribus Domino.

Non permittes mitti ad conspectum Dominij nostri, vel Capitum Cons. nostri X, vel cujuscumque magistratus nostri Venetiarum plures Oratores quatuor in summum, excepto quam in congratulatione creationis Ser.mi Principis, sub poena duc. 200, si contra hunc ordinem literas faceres credentiales.

Ordo servandus ab Oratoribus Communitatum venturis ad Dominium.

Scire etiam debes captum fuisse in Cons. nostro Rogatorum, die 20 Junij 1521, quod cum Oratores Communitatis, et Nuncij Terrarum, et districtus tibi commissi venturi sint ad Dominium nostrum, debeant ferre duas literas, sine quibus non possint audiri a nostro Dominio, similiter literas credentiales, et alteras, in quibus sunt inclusa quæ ipsi Oratores velint petere, quibus datis, et sic inclusis in dictis literis, aliquod aliud Capitulum addi non possit, nisi cum eodem ordine mittatur

sub bulla Dominio nostro parte in literis favientibus fidem de tali commissio=
ne injuncta Oratoribus, vel Nuncijs praefatis et per eos suis missuras capitula ali=
qua, debes perlegere, et diligenter considerare ea, et quodlibet eorum, et alijs literis,
quae erunt tertiae seorsum declarare Dominio nostro quicquid tibi videbitur necessarium
circa quodlibet capitulum cum opinione tua, ut simul et semel habitis capitulis cum
instructione hujusmodi a nobis dari possit expeditio matura dictis Oratoribus, vel
Nuncijs, qui ullo pacto non poterunt expediri, nisi dictas tres literas praesentaverint,
praeterquam casu quo vellent conqueri de Rectore, in quo casu debeant praesentare
literas suae Communitatis, nec non querelas et oppositiones suas in alterius litteris
ipsius Communitatis, aut in eisdem literis credentialibus, ut supradictum est.

De notitia danda Provisoribus super Sanitate, de peste in tua terra.

Teneris ex forma partis captae in Consilio nostro Rogatorum die 22 Julij 1528, cum
primum audierit casus (quod Deus avertat) pestis in jurisdictione tibi commissa,
dare notitiam singulis diebus Provisoribus super Sanitate, et de omni eo, quod
esset morbi tam in tuo Territorio, quam in quocumque alio loco, quem intellige=
res esse infectum, sub poena duc. 100, de quibus poneris debitor ad palatium
per dictos Provisores Sanitatis si ita facere neglexeris.

De servis fugitivis.

Si capti erunt in jurisdicta tua Servi, et Servi Aethiopes, sive Saraceni; qui
aufugerint ex hac urbe nostra debeas facere consignare illos officio provisorum
nostrorum Communis ut puniantur, et qui eos ceperint consequatur premium juxta
ordines partis captae in Rogatis die 17 Septembris 1489.

Quod Judei non possint habere aliquod Stabile.

Scire debes quod nullus Judeus vel Judea potest emere, vel acquirere in civitate, vel
territorio tibi commisso aliquam possessionem, vel domum, vel aliquod aliud Stabile
alicujus generis, sub poena perdendi hujusmodi domum, stabilem, et possessionem
sic emptam, vel acquisitam, quae veniant in nostrum dominium: et si fuerit
accusator, dividatur inter ipsum et dictum Dominium nostrum; nec de praedictis gratia
fieri potest.

De negocijs publicis non scribatur privatis.

Captum est in Cons. nostro X, die 14 Maij 1522, quod non possis ullo modo scri=bere, aut scribi facere alicui quicunque sit de negocijs tibi commissis, aut spec=tantibus Statui nostro, nisi tantummodo Dominio nostro, sub poena duc. 100, et im=mediate privationis tui Regiminis.

Et omnia quae sciveris ad honorem Venetiarum spectare, vel contrarium tractari cognoveris, per tuas literas quanto citius poteris denotabis.

In reditu tuo Venetias consignabis Cons. nostro X Scripturas secretas. Et cum redieris Venetias tenearis presentare per inventarium Capitibus Cons. no=stri X omnia tua registra, literas et alias scripturas publicas in materijs secre=tis si quas haberes quovis modo spectantes ad Statum, sub poena perpetuae privationis omnium officiorum et beneficiorum Dominij nostri.

De prodentibus civitatem, et eorum poena.

Scire debes, quod per nostra Consilia ordinatum est quod non possis, nec debeas tractare de reddendo re, aut locum tibi commissum sub poena perdendi caput; et quam similem poenam subjaceant Provisores, et alij nostri Nobiles, ac Sti=pendiarij, qui essent in ipso loco, et quod etiam omnes prefati caveant sibi a recipiendo ab hostibus literas, ambassatas, vel nuncios: quia possent esse Statui nostro prejudiciales, ac nimium damnosae, sed solum attendant ad bonam custo=diam loci ejusdem.

De eodem.

Scire quoque debes deliberationem Cons. nostri, quod ut habeas causam viri=liter manutenendi locum tibi commissum ad honorem, et bonum Statum Domi=nij nostri, ultra poenam capitis statutam illis, qui darent civitatem, vel tractarent de prodenda ea hostibus, cum primum casus advenerit, quod Deus avertat, quod ista Civitas occuparetur ab hostibus, cognitio, ac castigatio

tui spectat ac pertinet ad capita prefati Consilij nostri X, qui sub poenis gra=
vissimis tenentur secuto casu sub dicto formare processum, et ire ad Consilium
pro justitia administranda: tuque tenearis, et obligatus es in termino die=
rum XV immediate post casum secutum venire ad hanc urbem nostram, et
presentare te dictis Capitibus, et nisi veneris in dicto termino debeat procedi
contra te, absentia tua non obstante.

Non potes habere partem de aliqua preda.

Non potes, nec debes aliquo modo, vel ingenio habere partem aliquam de
aliqua preda, seu robaria, si qua fieret per gentem nostram, tempore belli in
aliquibus cavalcatis in bonis, vel de bonis hostium, nisi personaliter fueris
in cavalcatis prefatis: in quo casu habere debes secundum consuetudinem.

De armis Rectoris pingendis

Non potes ex forma partis capte in Cons. nostro X. die 4 Julij 1489 ponere ultra armam
tuam solam ex pictura, et non ex sculptura ad tui beneplacitum per eadem intus
Palatium residentie tue, et non extra pingi vel sculpiri facere arma tua in
Palatio publico tam intus, quam extra, nec in plateis, pontibus, portis, fortilicijs,
nec alijs partibus Civitatis, vel loci tibi commissi, sub poena duc. 500 auri
et privationis ipso facto omnium Regiminum per annos V. Et Camerarius reficere
debeat de suo expensam factam, et exbursatam per eum in armis prefatis.

De tempore quo quisque Regimen inire debet.

Tenearis in termino dierum octo post finitum tempus tui precessoris inire Regi=
men: quod si amplius distuleris, tanto minus tempore ordinario in eodem
Regimine esse debebis

De ballettinis presentandis Notario deputato, ac de Commissione et
literis consignationis accipiendis.

Sed priusquam hinc discedas, omnia ballettina de nullo tuo debito pre=
sentabis Notario nostro deputato, literasque ab eodem accipies consigna=
tionis Regiminis tibi faciende, et similiter commissionem tuam, quod nisi

fecerisincides in poenam privationis immediate Regiminis ipsius, ac aliorum omnium Regiminum, et officiorum per annos X. proximos. Precessor vero qui ti- bi non habenti literas, et commissionem prefatam Regimen consignaverit, coge- tur ultra alias poenas ad solvendum Dominio nostro quantum tu deberes juxta partem captam in Rogatis die 15° octobris 1516.

De bullettino presentando quod tui officiales non sint debitores.

Afferes quoque dicto Notario bullettinum gubernatorum introituum, et trium Sapientum facientem fidem non esse debitorem quemquam eorum, quos tecum du- ces officiales pro aliquo officio antea habito. Si vero duceris aliquem qui nostro Dominio debeat, tu pro eo notaberis debitor, et cogeris solvere: ad quod similiter teneris, si existens in Regimine tales officiales debitores acceperes.

Verba, quibus in acceptatione Regiminis uti debes.

In acceptatione tui Regiminis, et consignatione non facies, neque fieri permittes ab aliquo arengum aliquod, sive sermonem, sub poena duc. 100, immo si quis arengare voluerit, impones illi silentium, neque eum arengare per- mittes, sed tantummodo proferes: Ego nomine Illustrissimi Dominii hoc Regimen accepto, et Vobis hoc Regimen consigno, neque plus, neque mi- nus, sub poena prefata per nostros advocatores exigenda.

Verba quibus in sententiis proferendis uti debes.

Verum in sententiis proferendis dicere solum debes, videlicet: Sicut scriptum est, et lectum est, ita dicimus per sententiam, et non aliter, sub poena duc. 100, exigenda per Advocatores Communis, et ulterius privationis ab omni Regimi- ne per duos annos.

De binis literis ferendis Consignationis Regiminis.

Et de die, quo successori tuo Regimen consignaveris feres tecum ad Dominium nostrum literas et alteras literas feres Notario nostro deputato contumaciis, signi-

ficantes diem, quo intraverit Regimen, et diem, et millesimum consignatio=
nis de eo factę successori tuo, ut in suo libro adnotet ex opposito partitę
tię contumacię, ut cum fuerit tempus finis ejus, possit delere ex libro pre=
fato: nam si dictas non attuleris continuabis in contumacia.

De subventione habenda 4 mensium.

Et non potestis tu, nec aliquis Camerarius, et officialis noster publicus habere ali=
quam subventionem hic Venetiis: sed post introitum Regiminis, et officiorum
liceat tibi et illis habere subventionem quatuor mensium cum hac expressa
conditione quod neque tu, nec alius possitis habere amplius ullam aliam pecu=
niam nisi cum effectu livraveritis salarium habitum pro dicta subventione;
quo livrato debebis habere pecunias quantum per leges nostras est limitatum
sub poena contenta in parte furantium, quę se extendat tam contra accipien=
tem, quam contra distribuentem aliter pecunias, de qua non potest fieri gra=
tia, prout captum fuit in Rogatis die 15 Septembris 1515.

De limitatione Consilij X.

Cęterum pro limitatione Consilij X, scire debes, quod nec pro te ipso, nec ullus
tam Camerarius, quam quivis alius pro te accipere, neque dare aliis presuma=
tis aliquo modo summam pecuniarum majorem ea, quę est netum salarium
cujusque sub poena tam dantibus, quam accipientibus privationis imme=
diatę de officio, et publicationis faciendę in majori Consilio pro furanti=
bus, sicut manifest. Pro limitatione vero Consilij X cum in libro, qui esse
debet in Camera ista missus ab officio nostro gubernatorum introituum,
descriptum sit in totum illud, quod ab, et pro anno uno integro debetur
de ratione omnium, et non habentium salarium, quanta erit portio, singulis
mensibus mitti debet a Camerariis ad ipsum officium gubernatorum, nullam
antea pecuniam distribuere, nec partitam in dando extra facere valentibus sub

poena praefata eisdem Camerarijs, et Scribis, atque Scontris eorum, et qui pro utilitatibus suis debeat solvere plusquam salaria sua, et etiam qui salarium non habentes taxati sint ferre debeant singulis mensibus portionem quisque suam ad Cameram sub poena, nisi ita fecerint privationis officiorum quae amplius exercere nequeant, sub poenis furantium, et alijs pecuniarijs contentis, ad quas tu quoque incurres, si permiseris aliquo sub velamine, quod prosequantur contra hunc ordinem, immo expellere contrafacientes, etiam si essent per gratiam, ac alios loco eorum accipere debeas. Attamen Camerarij praefati ne intermittant mittere ut supra singulis mensibus tot pecunias ex introitibus Camerae, et locorum eis commissorum, quot sint pro integra dictae limitationis satisfactione, incumbentes exactioni a debitoribus ipsis fortius agere, quod de ratione hujusmodi deberent, sub poena similiter suprascripta. Et tu obligatus es pro officialibus tuis in omnem casum, et eventum, usque ad integram satisfactionem juxta formam legum nostrarum; nec poteris a libro gubernatorum hic deleri, reversus a Regimine, nisi prius fidem attuleris de solutione integre facta per te, et illis. In mittendis vero pecunijs id genus ad dictum officium, nequeat impensa major fieri illa, quae dari debeat uni Caballario pro simplici cavalcatura, et nemini solvere liceat aliter quam in numeratis, sub omnibus poenis suprascriptis: ad quam illi etiam incurrent, qui partitam facerent; quod si te Communitas solveret, obligata sit ipsa Communitas, et alij quotiescumque exburstabunt pecunias tibi, et alijs, quibus solvere solent, uno et eodem instanti exburstare etiam tantam summam pecuniarum, quanta pro portione exburstatorum debebit dari pro complemento dictae limitationis, quae mittatur de duobus in duos menses ad Cameras ubi debent virtute legum, et gubernatoribus sub poena Rectoribus, aut alijs, qui non exequentur privationis, ac publicationis pro furantibus ut supra: et ipsae Communitates, aut alij non observantes quantum est supradictum, incurrant poenam solvendi duplum. Verum si tibi ipsi solveris obligatus es mittere ad Cameras, aut ad gubernatores de duobus in duos menses

portionem limitatam, prout solitum est mitti, sub omnibus poenis supradictis ultra poenas pecuniarias consuetas.

Quod officiales non sint hujus loci, ac sint subditi Dominij.

Non potes habere aliquem Notarium, socium, vicarium, et judicem, aut aliquem alium officialem, qui sit de Civitate, vel districtu tibi commisso, et qui non sit Venetus, aut civis terrarum, et locorum nostrorum, vel per privilegium sub poena librarum 500, exigenda per Advocatores Communis: de qua non possit fieri gratia ullo modo. Idem quoque scito prohibitum esse tibi de habentibus uxorem dictae Civitatis, sive possessiones in territorio tibi commisso, sub poena illis duc. 100, et perpetuae privationis officij, tibi vero duc. 200, quarum poenarum exactio commissa est Advocatoribus vel Syndicis, excepti tamen sint a ista conditione Veneti nostri originarij.

De non ducendo filium pro socio, nec aliquem de majori Consilio.

Non potes ducere, nec habere filium, nec aliquem qui sit, vel esse possit de nostro majori Consilio, nec dari possit nomen Militis alicui, qui non sit socius tuus.

Non potes praeterea, nec debes facere de Consilio Civitatis tibi commissae aliquem sociorum tuorum.

Nobiles Venetiarum Consilijs Terrarum subditarum interesse non possint nisi oriundi ex illa Civitate.

In Consilio autem Civitatis, quemadmodum in Cons. nostro X, captum est, non permittes intrare posse nec mittere ballottam aliquos alios nostros Nobiles, praeter te Rectorem, vel Provisorem, qui per tempora esse esset, et alios deputatos in ipsis Consilijs: et siquis noster Nobilis esset tantae audaciae, quod vellet intrare, stare, et ballottare in ipso Consilio, tu sub debito sacramenti tenearis expellere illum, vel illos tales de Consilio; et siquis esset inobediens, mittes eum debitorem duc. 100 Capitibus dicti Consilij nostri X. Quod si forte in Consilio non poteris interesse, tunc vicegerens tuus intersit. Verum in hoc ordine non intelligantur comprehensi

Nobiles nostri Veneti, qui essent oriundi ex ipsa Civitate, et de dicto ejus Consilio.

Stipendiarij Com. etc. non accipiantur in aliquo officio, pro tempore tui Regiminis.

Non accipies etiam, nec accipi facies pro tuis socijs, nec in aliquo officio tui Regiminis aliquem Conestabilem equestrem, vel pedestrem, nec aliquem alium Stipendiarium, vel officialem locorum nostrorum Terrae tibi commissae, reservando eis banderiam, sive soldum, quod prius habebant ad complementum tui Reginimis sine expressa licentia Dominij nostri, Con. Additionis Rogatorum, sub poena librarum 200 pro qualibet vice in tuis proprijs bonis, cujus poenae dimidium sit Dominij nostri, et aliud dimidium sit Advocatorum nostrorum, quibus est commissa inquisitio, et executio, et si fuerit accusator divisio fiat per tertium, et accusator divisio fiat per tertium, et accusator ipse teneatur secretus; acceptus autem pro socio ut supra aliquis contra praesentem sit extra conestabellariam, seu soldum et officium quod habebat ex toto, et loco ejus subrogetur alius, nec ille talis, qui receperit modo aliquo ad dictam banderiam, seu soldum, acceptami possit iterum.

De contumacia officialium ad eidem Regimen.

Et qui fuerit Notarius, Vicarius, Judex, Cancellarius, vel socius principalis in isto Regimine, non possit esse in eo, usque ad duos annos proximos post complementum Rectoris cum quo fuerit.

Officiales non discedant a Regimine pro eundo ad aliud.

Sive autem te volumus, quod Cancellarius, qui tecum venit, et quicumque alius officialis a te recedere non possit pro eundo cum aliquo alio Rectore, sub poena privationis omnium Cancellariarum, et aliorum hujusmodi officiorum.

Quod Stipendiarij, et alij habentes officium non possint ipsum in alium transferre.

Et est ordinatum, quod si aliquis habens aliquod officium in terra tibi commissa, vel postea apposuerit, Capitanearium barocriorum etc. per pecuniam, vel aliam provisionem fecerit, vel tractaverit taliter, quod aliquid eorum tibi detur, vel in alium transferatur, ipsa datio, vel translatio non teneat, nec valeat, sed statim removeatur, et loco ipsius per dominium nostrum alius subrogetur, et nihilominus totum quod habuisset, vel expendisset, vel alius proeo, occasione praefata, restituatur in totum ei qui dederit: insuper incurrat ille, qui tractaverit, et fecerit in poenam medietatis ejus quod habuerit, vel alius pro eo, quae poena exigatur per Advocatores Communis, de qua habeant medietatem, et alia sit nostri Dominij; et illi qui darent, aut promitterent, cadant de medietate ejus, quod dederint, aut promiserint pro poena: quae dividatur, ut supra, et si accusator fuerit in praedictis, dividatur poena per tertium, et injungatur nostris Rectoribus, quod praedicta observent, et faciant observari, denotando contrafacientes Advocatoribus nostris Communis.

Quod non possis habere famulum, qui habeat soldum Communis.

Tu, nec aliquis alius Officialis noster loci istius non possitis habere aliquem famulum ad tuum soldum, qui habeat soldum, vel provisionem aliquam a Dominio nostro in poena librarum 500 pro quolibet, et qualibet vice, qua contrafactum fuerit.

Non fiant electiones aliquae extraordinariae, neque, factae per Capitaneos valeant, sinon confirmentur.

Electionem aliquam non facies ultra ordinarias, nec valeant etiam concessiones, electiones, et gratiae, quae fiant per Capitaneos nostros tam a parte maris, quam a parte terrae per Provisores, aut alios, sine confirmatione Consiliorum nostrorum.

De armis necessarijs tenendis in Regimine.

Praeterea volumus, quod pro omni bono respectu habere debeas, et tenere in tuo Regimine arma necessaria pro te, et alijs de familia tua aptis ad arma.

Quod aliquis de familia non habeat soldum Communis.

Non permittas aliquem de tua familia habere soldum Communis, sub poena duc. X pro quolibet ducato valoris totius ejus, quod ille acceptasset, et privationis Regiminis.

Quod sit in arbitrio Rectorum tenere equos, quos tamen non vendant armigeris.

Est in libertate, et facultate tua tenendi equos, aut non tenendi; sed si eos tenueris non possis nec per te, nec per alios aliquo modo, forma, vel ingenio, aut exquisito praetextu ipsos equos vendere, aut dare, vel dari facere alicui ex armigeris sub poena duc. 100 pro quolibet equo, quem venderes, aut venderi, vel dari facies ipsis armigeris, qui etiam non teneantur, nec compelli possint ad ipsam solutionem: verum possis dictos equos quibuscunque alijs volueris vendere; exceptis etiam Datiarijs.

De non habendo conventio vendendo quocumque Stipendiarijs.

Item observabis infrascriptam partem, quod non possis, nec tibi liceat per te, vel alium, sub aliquo colore, forma, vel ingenio habere aliquod conventium vendendi alicui Stipendiario nostro tam equestri, quam pedestri, sub poena privationis quorumcumque officiorum, beneficiorum et Regiminum nostrorum intus et extra per annos X, et ulterius non fiat tibi jus aliquod contra praedictos ductores; sed intelligaris amisisse totum, quod pro hujusmodi conventijs et contractibus habere deberes ab eisdem ductoribus et Stipendiarijs, quibus remaneat totum debitum, et item cadas de duc. 300, tertium quorum sit accusatoris, tertium nostri Dominij, et tertium Advocatorum, seu Syndicorum, quibus commissa sit executio praesentis ordinis.

Quod Rectores non negocientur, nec emant quicquam publicum, aut privatum.

Item mercationes non facies, nec fieri facies per te, vel alium ullo modo, vel ingenio, nec incantabis, aut incantari facies, nec emes, aut emi facies aliquid, quod pertineat Communi Venetiarum, aut terre tibi commisse, nec etiam pro toto tempore tui Regiminis aliquam possessionem emes, nec emi facies in dicta terra, vel districtu.

Propinqui Rectoris, et familiares quicquam non vendant Stipendiarijs.

Preterea aliquis filius, aut nepos, sive alius cognatus aut affinis tuus, vendere non possit alicui Stipendiario, vel provisionato nostro aliquem equum, pannum laneum, vel sericeum, vestem, suppellectilem, argentum, jocale, mercimonium, sive aliquam aliam rem cujuscumque appellationis, neque ad terminos, neque in numerata pecunia, sub poena perdendi rem venditam, et tantundem pro poena, quod sit Advocatorum Communis: et nihilominus tu etiam ad eandem poenam incidas non secus ac si ipsemet vendidisses. Similiter aliquis Cancellarius, Comilito, aut quisque alius officialis tuus, non possit neque tempore tui Regiminis, neque per annum post vendere quicquam nostris Stipendiarijs, vel provisionatis, aut rerum privatarum, aut aliarum, quæcumque illæ sint; sub poena amissionis earum et tantundem pro poena, et si tu fueris consius, plecteris ut supradictum est, tanquam si tu ipse hujusmodi venditiones fecisses: officiales autem contrafacientes tam suo, quam si alieno nomine fecerint tales venditiones, privati sint perpetuo omnibus officijs, et beneficijs nostris intus, et extra: de quibus omnibus poenis non possit fieri gratia, donum, remissio, aut recompensatio, suspensio, aut declaratio, sub poena due. 1000, cuilibet ponenti, vel consentienti partem in contrarium, et ad eandem poenam cadas, si per alios, sive publicæ, sive privatæ personæ fecerint, quæ ad instantiam tuam contrafecerint, qui stent uno anno in carcere,

et valore de Duc. 100 auri, exigendis per Advocatores Communis, et sint sui, et habeas prohibitionem suprascriptam post complementum etiam tui Regiminis per annum unum.

Quod exercentes officia publica cum Stipendiariis non negocientur.

Item sias provisum esse, quod aliquis, qui servit Dominio nostro sive scribendo, sive computa et rationes tenendo, sive pecunias exigendo, aut aliquo alio exercitij genere, nec etiam Camerarius vendere quicquam potest alicui nostro Stipendiario, sive provisionato, aut aliquod habere comercium, vel practicam, in qua precium vel pecunia aliquo modo interveniat, danda vel accipienda tam suo, quam alieno nomine: sub poena perdendi totum id, quod vendidisset, aut contractasset, et tantundem: quod sit Advocatorum nostrorum, et perpetue privationis omnium officiorum, et beneficiorum nostrorum intus et extra.

Quod familiares Rectoris non negocientur, nec emant, nec habeant datia.

Denique non possit aliquis de tua familia facere, nec fieri facere mercationes, nec tenere tabernam; nec habere partem in datijs, nec emere, nec emi facere aliquam possessionem, vel territorium in Civitate vel districtu tibi commisso.

Quod non possis habere servitium absque solutione debita.

Et non potes angarizare, nec cogere aliquam personam, tam tibi subjectam, quam aliunde pro tuis servitijs, sed tibi servientibus facias debitam solutionem.

De muneribus non accipiendis.

Propterea nec tibi, nec alicui de tua familia liceat accipere ab aliqua persona donum ullum modo aliquo, vel ingenio, nec potest aliquis de dicta tua familia habere commissionem ab aliqua persona causa placitandi propter

Non cogantur piscatores tibi vendere pisces, nec extra stationem.

Non compelles, neque compelli facies per te, vel alium aliquem Piscatorem, vel conductorem piscium, quod tibi vendant pisces, neque eos [illegible] ad domum tuam; nec patieris quod aliquis de tua familia, neq alius faciat violentiam aliquam eis, sed permittantur libere, et sine impedimento vendere suos pisces in locis solitis publicis, sicut ipsi voluerint. [illegible]

De carnibus, et aliis non emendis sine datiis solitis.

De carnibus, et aliis rebus, quas emes pro usu tam tuo, quam aliorum, teneris solvere datia, vel macinaturam, et alia dricta Communis, consuetudine aliqua in contrarium facta non obstante.

De pecuniis mutuo non accipiendis abs te, nec a tuis.

Est etiam tibi prohibitum accipere pecuniam mutuo modo aliquo, vel ingenio ab aliquo cive vel burgensi, sive habitatore loci tibi commissi: quę quidem prohibitio similiter esse debet filiis non divisis a te, atque cum sociis tuis, qui nec etiam possunt esse fidejussores pro aliquo, nec recipere pecuniam mutuo.

De non habendo collegantiam cum aliquo.

Aliquam collegantiam accipere non potes accipere non potes ab aliquo burgensi, nec ab aliqua alia persona modo aliquo, vel ingenio, per totum tempus tui Regiminis, et per medium annum postquam compleveris illud, idemque filiis, et fratribus tuis abs te indivisis prohibitum est.

Quod non possis vendere tuis familiaribus, nec donare quicquam publicum, aut privatum, nec etiam possis emere.

Preterea non possis, nec debeas donare, affictare, vendere, nec per gratiam, vel aliquo modo dare aliquam rem, quę sit Communis alicui, qui sit de tua familia, neque etiam de rebus alicujus privatę personę quicquam emere potes, nec facere emi, nec vendere, nec vendi facere alicui de dicta tua familia aliquo modo vel ingenio.

Quod tuis non liceat eorum aliquid facere quae tibi sunt prohibita.

Quod si uxor tua, vel filij tui, tam masculi quam foeminae, aut aliquis de tua familia fecerint aliquid, quod sit vetitum per tuam commissionem, et fuerint accusati nostro Dominio, aut Advocatoribus Communis, debes esse responsator, et pagator de omni eo, quod Avocatores convincerent in Consilio, in quo te placitare voluerint.

Quod tibi non liceat extra Palatium comedere nec de nocte extra hospitari.

Comedere non potes extra Palatium intra civitatem cum aliquo cive ipsius, vel comitatus, nec etiam de nocte hospitari extra locum tibi commissum, sed debeas dicto tempore noctis ibi esse et attendere ad bonam justitiam, et ad faciendum honorem Dominij nostri:

De non discedendo a Regimine ante complementum ipsius.

Et non potes venire Venetias nisi pro aliqua causa, nisi in casu mortis, aut gravis infirmitatis patris, fratris, filij, vel filiae tuorum per XV dies tantum, et non plures, cum licentia tamen nostri majoris Consilij, et non aliter, et pro tempore, quo fueris Venetijs non debes habere salarium.

De eodem.

Quod si tibi concedetur licentia eundi, et standi extra Regimen tibi commissum pro alienis factis, quam nostri Dominij, non debes habere stipendium, aut salarium a dicto nostro Dominio pro diebus, quibus stabis extra et propterea de dicto tempore non accipies salarium sub poena dupli restituendi.

Rector habita licentia non discedat ante adventum substituti.

Et scito, quando concedetur tibi dicta licentia non potes discedere a tuo Regimine sub poenis contentis in partibus discedentium sine licentia, nisi prius venerit ille, qui a tuis propinquis, qui pro te licentiam petierint Dominio nostro presentatus, sive denominatus fuerit: qui etiam substitutus

in easdem poenas, si distulerit a Regimine ante tuum adventum, prout captum fuit in nostro Majori Consilio, die 27 Augusti 1529.

De filiis Nobilium extra nascentibus notificandis Advocatoribus.

Observabis partem captam in Consilio nostro X, die ultimo Augusti 1506, circa filios Nobilium nostrorum, qui nascuntur extra Venetias in jurisdictione tua, quod cum dati fuerint tibi in notam a plebanis sive presbyteris Curatis Ecclesiae, et a patre, vel matre, prout obligati sunt, tu omne illud, quod sic fuerit denotatum subito debeas per tuas literas notificare Advocatoribus nostris Communis.

De matrimoniis contractis extra per Nobiles, Advocatoribus denotandis.

Similiter cum ex forma partis captae in Cons. nostro X, die 27 Aprilis 1506, Nobiles nostri contrahentes matrimonia extra urbem obligati sint in termino unius mensis dare in notam sponsalitium Rectori loci; tu obligatus es postquam ab aliquo datum fuerit tibi in notam matrimonium contractum illud significare per tuas literas Advocatoribus Communis cum conditione, qualitate, et genealogia desponsatae, et cum testibus idoneis dicti sponsalitii.

Post reditum tuum a Regimine filios tibi in eo natos Advocatoribus notificabis.

Si vero tibi nascentur filius, vel filii ex legitimo matrimonio, debeas in termino dierum octo, postquam redieris Venetias dare in nota Officio Advocatorum Communis ortum ipsorum, et ipsis Advocatoribus affirmare cum solenni juramento illos tibi fuisse ex legitimo matrimonio natos.

In reditu tuo a Regimine non accedas in Collegium cum majori numero X Nobilium.

In reditu tuo a Regimine non accedas in Collegium cum majori numero X Nobilium, ex propriis necessariis sub poena librarum 500 exigendarum per Advocatores Communis.

Relationes Dominio factæ, dari etiam in scriptis debeant.

Et sicut captum est in Rogatis, die 25 Novembris 1524 obligatus es in termino dierum XXV, postquam reversus fueris a Regimine, relationem, quam Dominio feceris, etiam ponere in scriptis manu tua in rebus substantialibus tantum, et ea, quæ consules, et videbuntur tibi facienda, neque possis ad aliquod officium probari, nisi præsentaveris bullettinum Cancellarij nostri magni, quod ita executus fueris, nec potest tibi fieri modo aliquo gratia ulla.

Post reditum tuum potes venire in Rogatis, et ponere partes per menses iij.

Potes etiam, cum redieris a dicto tuo Regimine si tibi videbitur usque ad tres menses tunc proximos petere a Dominio nostro Consilium Rogatorum; quod tibi negari non possit, et in illo ponere provisiones, de quibus conscientiam haberes, pro bono dicti Regiminis: et si quid infra dictos tres menses positum, non fuerit perfectum, possit perfici in dicto Consilio donec finem ceperit.

Poena contra vendentes aliquid plus quam semel, et de bonis conditionatis notandis in Cancellaria.

Nec non partem Majoris Consilij diei 29 Martij 1535, inviolabiliter observabis, ac observari facies ab omnibus, cujus tenor talis est,

Reperiuntur personæ ab aliquo tempore citra adeo malæ, et perfidæ conscientiæ, quod postposito timore Dei, et proximi charitate, imaginantur vendere unum fundum bis, ter, et quater, eundem subito accipientes retro ad affictum ab tempore, ita ut quandoque inventi fuerint, qui pro una, eademque re, solvant tres, et quatuor annuos affictus diversis Dominis separatim, alijs alios ignorantibus: quo postea intolerabili scelere detecto bona remanent primo emptori, posteriores vero, cum gravi eorum damno, et interesse amittunt suas pecunias. cui rei ut opportune provideatur:

Vadit Pars, quod de cætero, si inventus fuerit aliquis, qui audeat committere hujusmodi fraudulentas, et detestandas operationes, vendendo aliquid plus= quam semel tam in ista civitate nostra, quam in omni alia civitate, et loco nostro tam terra, quam mari; debeat ille talis, aut tales si in forcijs habe re poterunt, immediate habita veritate, stare uno anno in carceribus clau sus et solvere lib. 300, parvorum, dividendas ex equo inter accusatorem, et Rectorem, qui hanc faciet executionem. Completo vero anno carceris, sit bannitus per annos VII, ex illa civitate, et territorio, ubi suum domicilium habebit; ac etiam ubi sita erunt bona vendita. Si vero erit absens, cita= tus prius et proclamatus banniatur per annos XV ut predictum est, et bo. na sua sint obligata libris 300 dividendis ut supra: et hæc executio in ista urbe nostra committatur officialibus nostris de cathavere: qui sub de. bito sacramenti cum similes casus occurrerint, obligati sint ad unguem observare, absque ulla gratia, dono, aut remissione: alijs vero locis de extra, Rectoribus nostris illorum. Preterea captum sit, quod omnes illi, qui de cætero vendent, aut ement, aut livellabunt domos, possessiones, aut alios similes fun_ dos in aliquo loco nostro de extra, pro quacunque summa esse velit, obliga= ti sint in termino unius mensis, post factum instrumentum talis venditio= nis, et alienationis cujuscumque, ire ad Cancellariam illius civitatis aut loci ubi sita erunt bona alienata, aut vendita cum instrumento auten tico, ad dandum in notam dictam venditionem, livellationem, aut aliud genus alienationis cum nomine contrahentium, confinium, pretio, et quan= titate bonorum venditorum, aut alienatorum, cui notæ subscribere debeat Rector noster manu propria, ne fraus aliqua committatur; registrando etiam nomen notarij, et testium instrumentariorum; harumque notularum teneri debeat diligens ordo, et liber ad hoc, et non ad aliud deputatus, cum suo alphabeto per cancellarium ipsarum Cancellariarum, qui habeat pro qualibet hujusmodi nota soldos quatuor pro qualibet parte: illi vero, qui huic ordini nostro

contrafacient, et accusabunt; amittant tertiam partem pretij bonorum vendi-
torum, aut alienatorum tam scilicet emptor, quam venditor; dividendam
ut supra, idemque observari debeat de omni et quacumque obligatio-
ne; quę fieret super domibus, possessionibus, et fundis prędictis, aliter non
valeant ipsę obligationes. Et qui illas obligaverint, perdant quartum illa-
rum dividendum ut supra. neque possit aliquis emptor dare ad affictum
bona empta venditori, in omnibus poenis prędictis, nisi prius factę fuerint
notę in Cancellaria, ut supra. Bonum quoque est ponere ordinem circa te-
stamenta, et bona conditionata in Civitatibus, et locis nostris de extra;
quemadmodum in hac urbe nostra statutum est, ut fundi conditionati om-
nibus manifesti sint, neque possint in prejudicium heredum alienari, aut
vendi, quemadmodum frequenter usu fit, cum damno etiam eorum, qui
emunt talia bona conditionata, amittentes postea pecunias suas, ideoque
captum sit, quod in omnibus Cancellarijs Civitatum, Castrorum, et alio-
rum locorum nostrorum terra, marique, teneatur liber pergamenus alpha-
betatus, in quo omnes Notarij cujuscumque generis, qui de cętero scri-
bent testamenta in quibus fiat mentio stabilium, possessionum, aut
aliorum fundorum conditionatorum seu quomodolibet fideicommissorum,
obligati sint in termino unius mensis post publicatum testamentum ire
ad illam Cancellariam, sub qua erant bona conditionata, ad dandum in nota
ipsa bona, legente Cancellario ipsius Cancellarię totum testamentum,
et notando id quod quovis modo conditionatum esset, cum expressa
declaratione ipsius conditionis particularis, et distinctę, ut in testa-
mento: cui notę, ut supra, subscribere debeat ipse Rector, neque propterea

praejudicare possit alicui dicta nota, quominus uti possit suis rationibus, quas haberet contra quamcumque haereditatem: sub poena Notarijs contrafacientibus perpetui banni illius Civitatis, aut loci in quo esset domicilium suum et XV miliariorum ultra confinia, neque possint amplius exercere Notariatum in aliquo loco Dominij nostri, et solvant duc. 50, dividendos ut supra; et presens pars publicetur, et registretur in Cancellarijs.

Jurasti honorem, et proficuum Venetiarum eundo, stando et redeundo.

Dat. in nostro Ducali Palatio Die XXVII Octobris. Indictione VIIII. MDXXXV.

AF

Hier.s Marianus
Secretarius.

Nota.

È copiata fedelmente questa Commissione Ducale da un Codice originale in pergamena esistente nella Biblioteca Comunale di Udine. Il detto Codice è in 4.° piccolo legato in pelle rossa con dorature, ed è di pagine 71 compreso il frontispizio; seguono alcune pagine non numerate. Le pagine sono sono da una parte numerate, e hanno i bordi dorati. Il frontispizio è elegantemente miniato e in esso oltre al Leone di S. Marco sotto vedesi uno stemma con uno leaglione azzurro in campo d'oro, che è quello de' Trevisani, ai lati, da una parte un paesaggio con monti al fondo e dall'altro un S. Domenico, nome del Luogotenente Trevisan a cui diretta era questa Commissione. Contorna il detto frontispizio un elegante fregio di fiori e nel mezzo di esso sono le prime tre linee della commissione. Il Codice è scritto in buon carattere corsivo con poche abbreviature.

Vincenzo Joppi.

Udine 26 Maggio 1857.